¶ Durus fit de terra tenaci: ecce auaricia. Nubes in altū volat & euaneſcit: ecce ſuperbia. Contra hunc triplicem gladium debemus opponere ſcutum triāgulatū. Ieiuniū cōtra gulam: orationem contra ſuperbiā: elemoſynā contra auariciā. In his trib⁹ exercetur militia chriſtiana/maxime in q̄drageſima. a Tūc dixit ei ieſus: vade

a Tūnc dixit ei ieſus: Vade ſathana. Scriptūm eſt eni: Dōminū deum tuum adorabis: et illi ſoli ſeruies. Tūnc reliquit eum diabolus: et ecce angeli acceſſerūt et miniſtrabāt ei. Cūm aūt audiſſet ieſus q̄ iohānes tradit⁹ eſſet: receſſit in galileam: et relicta ciuitate naçareth: venit et habitauit i capharnaū maritima in finibus çabulon et neptalim:

Deut.6.b. id eſt recede retro
et.10.d. ſathana: quia aduerſarius ſaluti. Nō
Luc.4.b. ē dictū: Vade poſt me ſic petro.j.xvi.
Marci.1.b. d. q̄ȝ petrus ex amore aduerſabatur ad tempus: diabol⁹ ꝟo ex inuidia ſemper & quantū pōt: ideo non addit: vade ante vel poſt. Nota autē q̄ audita blaſphemia in deum: q̄ſi indignabundus reſpondit dn̄s/& dure aliquātulū. Unde Chryſ. In duab⁹ temptationib⁹ mitis ꝑmanſit dn̄s: in tertia exaſperatus eſt/et quaſi iratus dixit: Vade retro ſathana. Hoc exēplo diſcam⁹ nr̄as magnanimit̄ ſuſtinere iniurias: dei autem iniurias neq̄ȝ ad audiendum ſufferre: quoniā in ꝓprijs iniurijs eſſe quēpiam patientē laudabile ē: iniurias aūt dei diſſimulare impiū eſt. b Scriptū eſt enim: Deut.vj.b.et.x.d. ſm aliam tranſlationem. c Dn̄m deum tuū adorabis. Quędam Glo. dicit/ q̄ poteſt ſermo iſte ad diabolum dirigi/ licet hoc non ex deuotiōe ſit ipletur⁹: ſ; vt eccl'ię cōtra quā ipſe moliebat̄ eſſe ſcriptū oſtendatur/q̄ nō ipſe ſ; de⁹ ſit adorād⁹. Vel pōt i generali ſermo intelligi de hoīe dici: cui ſoli de deo adorādo datū ē p̄ceptū in lege moyſi. In his aūt exp̄mit̄ trinitas pſonarū. c Dn̄m: Ecce pat. d Deū: ecce fili⁹. e Tuū: ecce ſpūs ſctūs. f Et illi ſoli ſeruies. Glo. dic̄ hic q̄ λατρεία/latria grece/latine dr̄ ſuit⁹. Seruit⁹ aūt cōmunis q̄ deo & homini & cuicūq̄ȝ/ grece dicit̄/δουλεία/dulia. Illa vero q̄ ſoli deo/λατρεια/latria dicit̄: vn̄ idolatria/q̄ qd̄ ſoli deo debet dat idolis. g Tūc: iā nō inueniēs q̄d ageret: h Reliq̄t eū: ad tēpus/ꝑ iudęos poſtea pugnaturus vſq̄ȝ ad diem paſſionis rediēs: & putans ipſū deijcere timore mort̄. i Diabolus/ lucifer. k Et ecce angeli acceſſerūt: non q̄ tunc primū adeuntes: ſed quaſi ad agonem dn̄i procul aſpiciētes: ne videat̄ eoꝝ p̄ſidio eguiſſe vel viciſſe. l Acceſſerūt: vt dignitas chriſti oſtenderet̄. Item vt gloria temptatorū notetur: ita eni faciunt victorib⁹. m Et miniſtrabāt ei: non dicit adiuuabāt. Heb.j.d. Omnes eni adminiſtratorij ſpūs i miſteriū miſſi &c. Dan̄.vij.c. Milia miliū miniſtrabant ei &c. Chryſ. Q̄m miniſtrabāt angeli ſcim⁹: in quib⁹ aūt miniſtrabāt ſcire nō poſſum⁹. n Cū aūt audiſſet ieſus. Q̄ȝ diu ſeru⁹ p̄dicabat/expectabat eū dn̄s: poſito aūt eo i vinculis icępit publice p̄dicare. Reliqua aūt fecerat ꝑuatim: q̄ȝ non locutus fuerat ad turbas/ſed quaſi in occulto. Tres euāgeliſtę incipiunt a publica prędicatiōe chriſti ex quo captus eſt iohānes: Iohānes ꝟo euāgeliſta refert multa quę prętermiſſa fuerāt ab alijs: quę facta ſunt anteq̄ȝ iohānes traditus eſſet. Iohānes refert.ca.j. q̄ poſt reuerſionē de deſerto erat chriſt⁹ iuxta iordanē vbi iohānes bapti̧cabat: tūc dixit iohānes: Ecce agnus dei. Et i craſtinū ſimilit̄ ibidē dixit iterum iohānes: Ecce agnus dei: & ſecuti ſunt ieſum andreas & alius diſcipulus. In craſtino vel eadem die venit petrus ad ieſū. In craſtinū iuit ieſus in bethſaida & inuenit philippū. In craſtino philippus adduxit nathanaelē. His vocatis manſit in
Ioh.2. galilea. Anno reuoluto mutauit aquam in vinū. Reuoluto iterum anno iuit i capharnaū cum matre & cū his diſcipulis. In paſcha ſequēte aſcēdit in hieruſalē: & eiecit vendentes et emētes. Ieſus autē remanſit in iudęa & bapti̧cabat ibi per diſcipulos/ nō per ſe: hoc audierūt diſcipuli iohānis & dixerūt iohanni inuidentes ieſu. Tunc dn̄s aliquātulū ceſſauit & manſit vſq̄ȝ circa maiū in iudęa: et tunc captus & incarceratus eſt iohannes: et venerunt diſcipuli iohānis & narrauerūt ieſu. Tūc redijt dn̄s i galileam & intrauit ſynagogam in naçareth

Luc.iiij.c. et legit in eſaia: Spiritus dn̄i ſuꝑ me &c. Tunc p̄dicauit aperte: Et tunc voluerunt eum ſacerdotes pręcipitare: Et iuit in capharnaū/& in via illa vocauit petrū & alios: Esa.61.a.
Luc.v. Tertio vocauit eos binos. De prima vocatione loquitur iohannes: de ſecūda ſolus Lucas.v. de tertia mattheus h/ et Marc.j.b. Iohannes vero ꝓbato euāgelio aliorum/de veritate dictorum vidit aliqua deeſſe: et maxime q̄ primo anno prędicationis geſſerat ieſus ꝓ q̄b⁹ a fratrib⁹ rogatus ſcripſit euangeliū qd̄ alij p̄terierant. Marci.1.b. Luc.4.e. Hęc fuit vna cauſa q̄re ſcp̄ſit iohannes. Alia cauſa fuit ꝓpter q̄ſdā ſubortas hereſes. Dic̄ ḡ. Cū autē audiſſet ieſus/a diſcipulis iohannis/ vel a fama populari quę cito volat. o Audiſſet. More hominū loquit̄: Nihil eni latebat eum: quia homo deus. Heb.iiij.d. Oīa nuda & apta ocul' ei⁹. p Q̄ȝ iohānes traditus eſſet. Hoc fuit p̄ma die maij poſt paſcha anni triceſimi dn̄i: et occiſus īminente paſcha ſequēte. Nam audita morte ipſi⁹ dn̄s fecit miraculum q̄nq̄ȝ panū: vt habet̄ Ioh.vj.a. vbi ſubdit̄: Erat eni ꝓximū paſcha. Idē Marc'.vj.c. q Tradit⁹/capt⁹ ꝓpter euāgeliū dicit Glo. Immo veri⁹ ꝓpter p̄dicationē legis moyſi: quā obijciebat herodi: q̄ receperat circūciſionē. Qd̄ ergo i Glo. dicit̄: ad etymologiā nōis refert̄/ꝓpter euāgeliū.i. ꝓpter bonū nunciū vel bonā nūciationē.j.xix.b. Qui dimiſſam duxerit męchat̄. r Seceſſit in galileā: quaſi fugiens a phariſęis ſibi inſidiantib⁹: Tum quia maior erat iohanne: tum quia ementes et vendētes eiecerat de templo. Hoc idem fecit hoſtibus parcendo: diſcipulis ꝓuidendo: proximū inſtruendo/ vt fugiat pro affectu alioꝝ. Ęzech.xij.a. Fac tibi vaſa trāſmigrationis. Nota q̄ duę ſunt galilęę. Una iudęoꝝ in qua erat naçareth vbi receſſit & māſit ieſus: altera gentiū ꝓpt̄ inhabitationē gentiū: quā partem dedit ſalomon regi tyri: q̄ gentes ibi poſuit: quā terrā ipſe chabul vocauit.iij. Reg'.ix.c. Eſa.ix.a. Trās iordanē galilęę gentiū. s Et relicta ciuitate naçareth: ad litteram. t Venit & habitauit in capharnaum. Capharnaū oppidum ē in galilea gentiū iux̄ ſtagnū geneſareth. x Maritima: iuxta mare poſitā/ ad lr̄am. Capharnaū dico ſitā/ y In finib⁹ çabulon & neptalim. Iſti fuerūt filij iacob: a q̄b⁹ dictę fuerūt regiōes quas inhabitauerūt. Capharnaū aūt erat i ꝯfinio çabulon & neptalim. Erat autem neptalim in galilea gentiū ē in parte data hirā. Zabulon ex parte hieruſalē & vocabat̄ galilea iudęoꝝ. Et in confinio illo incępit dn̄s prędicare: vt iudęi & gētiles confluerent ad prędicationē ſuam ꝓpter myſteriū vocationis gentium & iudęorum. Item quia prima fuit ibi captiuitas.iiij. Reg'.xv.f. vn̄ incępit ibi reparatio. Theglathphalaſar enim duas tribus & dimidiā quę ibi habitabāt captiuauit & tātū de alijs q̄ poſſent facere dimidiā tribum: Unde quandoq̄ȝ legitur duas tribus captiuaſſe quandoq̄ȝ tres. Poſtea venit ſalmanaſar tempore oſee: qui totā terram captiuauit.iiij. Reg'.xvij.a. Ubi ergo fuit legis obliuio: prima fuit euangelij prędicatio. Moraliter o Relicta ciuitate naçareth. Sic prędicator florem mundi debet derelinquere: De quo Hiere.xlviij.b. Date florē moab. Florem iuuentutis/reputans eam marcidam. De q̄ Sap.ij.b. Non p̄tereat nos flos tp̄is. Itē florē pulchritudinis tp̄alis. Eſa.xl.b. Exiccatū ē fęnū & cecidit flos. Itē florē diuitiarum. Vę flori decidēti. v Et habitauit i capharnaū: villa pulcherrima/eccleſia: q̄ eſt maritima: q̄ȝ contundit̄ fluctib⁹ mūdi. Vel religio. Cant'.v.d. Quo abijt dilect⁹ tu⁹ o pulcherrima mulierū. y In finib⁹ çabulon & neptalim. Zabulon/hitaculū fortitudīs: neptalim dilatatio charitat'. Deut.xxxiij.c. Letare çabulon i exitu tuo.i. religioſe i exitu a mūdo: q̄m facta eſt iudęa.i. confeſſio/ſanctificatio tua: et iſrael: id eſt Ps.113.

contemplatio/poteſtas tua

¶ ꝯtēplatio/poteſtas tua:populos ad montē vocabis. a ¶Ut adimpleret. Ut non cauſaliter ponitur/ſed conſecutiue.q.d. vt euentus rei probaret qḋ dixerat propheta b ¶Qḋ dictum eſt per eſaiam prophetam: huius rei ſeriem ꝓuidentem ⁊ dicentē:Eſa.ix.a. c ¶Terra ʒabulō ⁊c̄. Principiū illi⁹ auctoritatis.ſ. Primo tpe alleuiata ē:et qḋ ī me/
Eſa.9.a. dio.ſ.Et nouiſſimo aggrauata eſt/omittit euāgeliſta:q̄ſi nō
Al.†ſedebat curās qḋ ꝑtinet ad ꝓphetiā euerſiōiſ:q2 oſtēdere intēdit initi
De pe.diſ.3. c.adhuc um p2ędicatiōiſ chriſti iam pręterite captiuitatſ:⁊ iō qḋ myſticū eſt tāgit. Dicit enim: In p̄mo tempore/per theglathphalaſar:alleuiata eſt a peſſimis habitatorib⁹:Terra ʒabulon ⁊ terra neptalim. Et nouiſſimo.i. ī captiuitatſ ꝯſūmatiōe/reliquū decē tribuū p ſennacherib captiuatū eſt. Et terra q̄ ad lrām dicta ē: d ¶Uia maris:q2 iuxta mare: et plaga illa dicta ē maritima/p quā fit trāſit⁹ in mare:aggrauata ē ab aſſyrijs: e ¶Trāſ iordanē:ad lrām .i.iuxta iordanē:et erat trāſ iordanem exiſtēti in hieruſalem. f ¶Galilee gētiū/ad differētiā galilee iudeoꝝ. Primo tēpore.ſ.pręadicatiōis chriſti:alleuiata eſt/ c ¶Terra ʒabulon ⁊ terra neptalim/ab onere pctōꝝ. Et nouiſſimo aggrauata eſt fides plurimis permanentibus iudeis in errore: d ¶Uia maris.i.regio eadē iuxta mare exiſtēs. e ¶Trās iordanem/exiſtenti in hieruſalē. f ¶Galilee gentium: Non quia dñs in illa ſola pręedicauerit: ſed hoc dicitur propter myſteriū:quia plures vocandi erant de gentib⁹ q̄ de iudeis. g ¶Populus/iudeoꝝ ⁊ gentium. h ¶Qui ambulabat in tenebris/ignorātie ⁊ vitioꝝ. i ¶Uidit lucem magnā.i.chriſti doctrinā vel eius miracula. Uel/Uidit.i.credidit. k ¶Lucē magnā.i.chriſtū:vel iohannis ⁊ apoſtoloꝝ pręedicationē. l ¶Et ſedētib⁹ in regione vmbre mortis.i.in peccatis. Peccata dicunt/vmbra mortis: quia ſicut vmbra ducit ad corpus:ſic peccata ad mortem eternam. Uel quia ſine corpe non eſt vmbra:ſic nec peccata ſine morte eterna. Qui ergo vult fugere mortē/euitet hāc vmbrā.
Pſ.37. Item vmbra reddit putridū ⁊ ignorantē. Pſ. Putruerunt et corrupte ſunt cicatrices mee. m ¶Lux orta ē eis.i. agnitio veritatis.i.pręedicatio chriſti ⁊ apoſtoloꝝ. n ¶Exinde cepit ieſus p̄dicare/poſtq̄ baptiʒat⁹ ē ⁊ tēptat⁹. Exinde/ tradito.ſ. iohanne:q2 lege deſinente/ſequitur euangelium vt ſol auroram. In hoc autem ꝙ dñs non p̄dicauit ante traditionem iohānis/innuit ꝙ ſermo inferioris non debet contemni.j.Cor.xiiij.f.Si cui reuelatum fuerit ſedenti.i.mi
Triplex curialitas ieſu nori/taceat prior. o ¶Et dicere:penitentiā agite. Triplex notat curialitas circa ieſum:q2 nō pręedicauit aperte niſi prius iohanne incarcerato/nolens impedire fructū pręedicationis eius. Secūdo:q2 non eſt dedignat⁹ ab eodē inchoare p̄dicationē a q̄ et iohannes. Numeri.xx.c. Uia publica gradiemur. Tertio:q2 q̄n venerūt dicētes ad eū ꝙ iohānes plures baptiʒabat/receſſit in galileā/nolēs obfuſcare famam ei⁹. p ¶Penitentiā agite:nō dicit/dicite:ꝯtra illos qui nolunt facere aliquid/ſed dicere pſalteria. Cōtra illos etiā qui volūt
Agēda ē penitentia multis de cauſis facere p vicariū. Eſt em̄ agēda penitētia. Primo vt hic eternam dānationē euitet. Luc.xiij.a. q̄n nūciatū eſt de galileis/dixit ieſus: Niſi penitentiā egeritis:⁊ vos ſimilit' ꝑibitiſ. Secūdo vt ꝓximū edificet. Tertio vt angelū letificet. Luc.xv.b. Gaudiū eſt angelis dei ſup vno pctōre penitentiā agēte ⁊c̄. Quarto vt regnū celoꝝ appropinquet: vt h̄ dr̄. Quinto vt deū honorificet. Prouerb.xiiij.d. In multitudine populi gloria regis. Agere ḡ penitentiā/tibi ē ſecurū: proximo
Septē impediunt penitētiam agere. fructuoſum:angelo gaudiū:deo honorificū. Sūt aūt ſeptem que impediunt penitentiā agere. Ignorantia/timor/mala ſo

C
a vt adimpleretur qḋ dictum ē
b per eſaiam prophetam: Terra ʒabulon et terra neptalim:
d via maris trāns iordanē galilee gētiū: populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: et ſedentibus
m in regione vmbre mortis lux
n orta ē eis. Exinde cepit ieſus
o p̄dicare/ ⁊ dicere: Penitētiā
p agite:† Appropiq̄bit eni regnū celoꝝ. Ambulās aūt ieſuſ iuxta mare galilee: vidit duoſ
t fratres:ſimonē qui vocat petrus:et andreā fratrē ei⁹/ mittentes rete i mare: Erānt eni
b piſcatores. Et ait illis: veni
c te poſt me: faciam vos fieri

cietas/fiducia viuēdi/ſanitas/amor carnalis/larga dei miſericordia. Ignorantia quā dñs deteſtat. Legit eni pro ignorantia fleuiſſe/⁊ nō pro alijs peccatis. Fleuit em̄ ſup laʒarum Joh.xi.e. Et hoc fuit ideo:quia reuocandus erat ad miſerias. Fleuit ⁊ ſuper ciuitatem/ dicens: Si cognouiſſes et tu: Luc.19.f.
ſubaudi:fleres. Secūdū eſt timor:qui eſt q̄druplex. Pſ. Marci.1.b.
Nō timebis a timo/ Al.†appropinquauit
re nocturno ⁊c̄. Ter †Pſ.9.
tium eſt mala ſocietas. Unde.j.xvj.d. dixit ieſus petro q̄ volebat eum impedi Marci.1.b.
re:Uade retro ſathana. Quartū eſt fidu Luc.5.b.
cia viuēdi. Luc.xij. B
c. Uia mea multa habes bona poſita in ānos plurimos: requieſce/comede/bibe/epulare. Eccj.xxix.c. Repromiſſio neq̄ſſima multos ꝑdidit. Quintum eſt ſanitas. Uñ Luc.xvij.d. Nōne decē mūdati ſūt:et nouem vbi ſunt: Nō eſt inuent⁹ q̄ rediret ⁊ daret gloriā deo/niſi h alienigena .i.ſimplex laicus. Sextū eſt amor carnis. Aug⁹. Maior ſū et ad maiora natus q̄ vt ſim mancipiū corpiſ mei. Septimū eſt larga dei miſericordia. Eccj.v.b. Ne dicas:miſeratio dei magna eſt:multitudinis peccatoꝝ meoꝝ miſerebit. Miſericordia eni ⁊ ira cito ab illo ꝓximāt ⁊ i pctōres reſpicit ira illius. q ¶Appropinq̄bit eni regnū celoꝝ.i.chriſt⁹ q̄ dat regnū celoꝝ:quaſi ꝓpter hoc debetis facere penitentiam nō ꝓpter burſam. Hiero⁹. Amaritudinē radicis dulcēdo pomi cōpenſat:ꝑicula maris ſpes delectat:dolorē medicine ſpes ſalutis mitigat:q̄ deſiderat nucleū nucē frangat: ſimiliter iſte q̄ vult adherere deo/ penitentiā agat. r ¶Ambulās aūt ieſus iuxta mare galilee: qḋ dicit ſtagnū geneſareth: mare tyberiadis:lacus ſalinaꝝ. Sic p̄dicatores p ſollicitudinem ⁊ compaſſionem prope mūdanoſ debent eſſe. Pſ. Erit Pſ.1.
tanq̄ lignum qḋ plantatum eſt ſecus decurſus aquarum:nō in via pctōꝝ. s ¶Galilee.i.mūdi: Qui dicit mare:q2 pro/ Mundus dicitur mare
ijcit mortuos.i.religioſos.j.Cor.iiij.c. Tāq̄ purgamēta huius mūdi facti ſum⁹ omniū peripſima vſq̄ adhuc. Itē tumeſcit per ſuperbiā. Jone.j.c. Mare ibat ⁊ intumeſcebat ſup eos. Prouerb.xxx.b. Generatio cuius excelſi ſūnt oculi. Itē amarū eſt. Eſa.lvij.d. Cor impij q̄ſi mare feruens qḋ quieſcere nō pōt. Act.viij.d. In felle amaritudinis ⁊ obligatione iniq̄tatis video te eſſe. Itē turbidū. Eccj.xxx.d. Triſticiā repelle a te. Item mare nō eſt locus māſionis ſed motionis. Heb.xiij.c. Non habemus hic manentem ciuitatē. r ¶Ambulans ⁊c̄. Pręedicatores eni vocat ad ambulandū. Non vos me elegiſtis ſed ego elegi vos: ⁊ poſui vos vt eatis ⁊c̄. Joh.15.c.
t ¶Uidit duos fratres. In hac vocatione videntur tres euāgeliſte diſſentire:tempe/loco/modo. Matthe⁹ poſt aduētū caphernaū:iohānes ante. Matthe⁹/ marcus et lucas ī galilea:iohānes iuxta iordanē. Mattheus dicit vocatos binos: lucas ſimul iſtos quattuor. De ꝯrietate tpis verior ſolutio qua diſtinguunt diuerſe vocatiōes. Una vocatio ad diſcipulatū/et eſt ſecūda: vt hic. Prima vocatio ad familiaritatem: Joh.j. Tertia fuit ad apoſtolatum.j.x.a. x ¶Fratres:q2 vocat ad charitatem. v ¶Duos:ꝓpter duo precepta. t ¶Uidit. Chryſ. Uidit/nō ad facies eoꝝ:ſ ad corda reſpiciēs: Sic artifex ſi viderit gēmas p̄cioſas ⁊ nō dolatas/eligit illas/ñ qḋ ſūt ſ qḋ fieri poſſunt. y ¶Simonē q̄ vocat petr⁹. Hic vocat⁹ ē q̄n andreas duxit eū ad ieſū: Joh.j.f. Et andreā fratrē ei⁹. Moralit': Simō/obediēs interꝑtat:ādreas viril'. Obediētes em̄ ⁊ virilit' opantes vult dñs Moraliter
hr̄e. ʒ ¶Mittētes rete ī mare/ad acq̄rēdū victū:erāt eni pauperes. a ¶Erāt eni piſcatores:ad lrām. b ¶Et ait ill': venite poſt me:nō tā pedibus corporis q̄ imitatione et affectu mentis. c ¶Faciam vos fieri: non dicit/eſſe: innuens ꝙ debet homo laborare ad hoc ꝙ ſciat pręedicare.

¶ Piſcatores hoīm:non

g a ¶ Piſcatores hominū: non prebendarum: non rerum temporalium. ij. Corꝭ. xij. e. Non querimus veſtra ſed vos. Eſa. xiij. d. Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos medos qui argentum non querant nec aurum velint: ſed ſagittis paruulos interficient. De iſtis piſcatoribus Hiere. xvj. d. Ecce ego mittam piſcatores multos ⁊ piſcabuntur eos. Abacuk. j. a. Facies hoies q̄ſi piſces maris: ⁊ q̄ſi reptilia nō habētes ducē. b ¶ At illi ꝯtinuo. Amb. Neſcit tarda molimina ſpūſſancti gratia. Act. ij. a. Factus eſt repēte de celo ſonꝰ. c ¶ Relictis retibꝰ. Ecce pfecta obediētia. Iſti reliquerūt retia: et ſi poſtea reſūpſerint: nō ex cupiditate ſed ex neceſſitate vite hoc fecerūt. d ¶ Secuti ſūt eū. Eccꝭ. xxiij. d. Gloria magna eſt ſeq̄ dn̄m. e

holocauſta per ſingulos. Sic predicator pro quolibet orare debet. Cantꝭ. v. b. Inuenerunt me vigiles qui circūibant ciuitatē: contra inſidias diaboli: qui circūit querens quem deuoret. j. Pet. vltꝭ. b. Debet aūt predicator ⁊ quilibet alius bonus circūire beneficia dei vt bona naturalia / gratuita / cōſilia mandata: ⁊ pro his laudare deum. Eccꝭ. xxiiij. a. Gyrum celi circūiui ſola. Item conſcientiā propriā: ne quid lateat inhoneſtum. Qd̄ ſignificatū eſt Iudicꝭ. vj. b. vbi gedeon purgabat triticū. Gedeon / circūiēs ī vtero iterptat. Itē opa ſua p circūſpectionē / ne per illicitū tradat ſe diabolo. Eſa. xxiij. d. Sume tibi citharam: circūi ciuitatē. Item eccleſiam dei: vt hic. q ¶ Docens in ſynagogis eorum / vbi plures cōueniebant. s ¶ Et predicans euangelium regni: per qd̄. ſ. docemur regnare in preſenti ⁊ in futuro. Argumentū eſt hic: ꝙ potius predicandum eſt vbi ſūt plures ꝙ̄ vbi ſunt pauciores. Sic p̄dicator debet p̄dicare: r ¶ In ſynagoga. Glo. Synagoga ē congregatio irrationabiliū: id eſt peccatorum: quia nō ē opus valentibus medicus: ſed male habentibꝰ. j. ix. b. Pſ̄. Non abſcondi miſericordiā tuam ⁊ veritatem tuam a concilio multo. t ¶ Euangelium regni: nō fabulas. Hieroꝰ. Omne qd̄ nō eſt ad edificationem / in periculum vertitur audientium. Iob. xiij. b. Nūq̄d indiget deus veſtro mēdacio: ij. Timoth. iiij. a. A veritate auditum auertent ⁊ ad fabulas conuertent. v ¶ Et ſanans omnem languorē / corporum. Languor eſt morbus inueteratus. x ¶ Et omnē infirmitatem / aliam ꝙ̄ inueteratam. y ¶ In populo / in numero pauperū: inſinuans ꝙ ſpecialiter pauperum medicus eſt. Pſ̄. Tibi derelictus eſt pauper. Sunt autem ſeptē infirmitates. Prima eſt infirmitas nature. Geñ. iij. d. Puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Secunda pene. Pſ̄. Sagitte tue infixe ſūt mihi. Iob. vj. a. Sagitte dn̄i in me ſunt: q̄rū indignatio ebibit ſpiritū meum. Tertia eſt culpe. Pſ̄. Miſerere mei dn̄e quoniā infirmus ſum. Quarta praue conſuetudinis. Pſ̄. Infirmata eſt in paupertate virtus mea. Quinta fidei. Roma. xiiij. a. Qui infirmus eſt olus manducet. Sexta gratie. ij. Corꝭ. xj. g. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor: Septima conſcientie turbate. Pſ̄. Pluuiam voluntariā ſegregabis deus hereditati tue ⁊ infirmata eſt. Has ſanat dn̄s. Unde Pſ̄. Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Item nota ꝙ ſeptem ſunt que ſanāt infirmitates. Primū eſt baptiſmus. Ioh. iij. a. Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto nō poteſt introire in regnum dei. Secundū eſt elemoſyna. Eccꝭ. iij. d. Ignem ardentem extinguit aqua ⁊ elemoſyna reſiſtit peccatis. Tertium eſt martyrium. Augꝰ. Omnia falce martyrū reſecātur. Quartum eſt conuerſio fratris errantis. Iaco. v. d. Si quis ex vobis errauerit a veritate: ⁊ ꝯuerterit q̄s eum / ſaluabit animā ſuā. Hiere. xv. d. Si conuerteris / conuertam te. Quintum eſt remittere in ſe peccāti. Lucꝭ. vj. f. Dimittite ⁊ dimittet vobis. Sextum ē fletus ⁊ ſatiſfactio. j. v. a. Beati qui lugent ⁊c̄. Septimū eſt perceptio corpis chriſti. Ioh. vj. e. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. 3 ¶ Et abijt opinio eiꝰ. i. fama: in totā ſyriā: quā iudei obfuſcant. Syria eſt omnis regio ab euphrate vſq̄ ad mare magnum a cappadocia vſq̄ in egyptum / continens inter alias prouincias paleſtinā / in qua iudei habitant. Quādoq̄ autē ſtrictius ſumitur. Unde Eſa. vij. b. Caput ſyrie damaſcꝰ: Et ſic non comp̄hendit iudeam. Sic p̄dicatores bonam famā debēt appetere. ij. Corꝭ. ij. d. Chriſti bonꝰ odor ſumus ⁊c̄. Eccꝭ. xlj. c. Curā habe de bono noīe: hoc eni magꝭ p̄manebit tibi ꝙ̄ multi theſauri. a ¶ Et obtulerūt ei oēs male habētes. Interliñ. Curat corpa vt patiꝰ audiāt inuiſibilia.

g Varijs languoribꝰ.

Predicator debet circumire

Marci. j. b. ¶ Et p̄cedēs inde: a loco illo ad aliū locum: f ¶ Vidit alios duos fratres / a p̄dictis. g ¶ Iacobū zebedei / filium. Ex vſu enim loquendi † ponitur genitiuus: ſicut cum dicitur: Marcia catonis: dalila ſanſonis: vxor ſua vel filia. h

a piſcatores hoim. At illi ꝯti-
b nuo relictꝭ retibꝰ ſecuti ſūt eū.
c d e f Et p̄cedēſ inde vidit alioſ du-
g os fratres / iacobū zebedei et
h iohānē fratrē eiꝰ in naui cū ze-
i k l bedeo p̄re eoꝝ reficiētes retia
m n ſua: ⁊ vocauit eos. Illi autē
o ſtatim relictꝭ retibꝰ ⁊ p̄re ſecuti
p ſūt eū. Et circūibāt ieſus totā
q r galileā / docēs ī ſynagogis eo-
s t rū ⁊ p̄dicāns euāgeliū regni:
v x ⁊ ſanans oēm languorem ⁊
y omnem infirmitatem in po-
3 pulo. Et abijt opinio eius
a in totam ſyriam: et obtule-
runt ei omnes male habentes

Marci. 5. a. Luc. 4. b. Ioh. 6. a.

¶ Et iohannē fratrē eiꝰ: iacobi. i ¶ In naui: ad litterā. k ¶ Cū zebedeo p̄re eoꝝ / ſm carnē. Ipſe erat ſenex ⁊ tenebat remū. l ¶ Reficiētes retia ſua: vt piſcarent. m ¶ Et vocauit eos. Sciendū tñ ꝙ in iſta vocatiōe vocauit duodecim: ſed tñ de his ſolū facit mentionē: q2 p iſtos dat intelligi ceteros. Moralit. Zebedeus / interp̄tatur fugitiuꝰ: ⁊ ſignificat mūdum: qui cōtinue deficit ⁊ in interitū tendit. Heb. viij. d. Omne qd̄ antiquat ⁊ ſeneſcit p̄pe interitū eſt. Ezech. xvj. a. Pater tuꝰ amorreus. Duo fratres / intellectus ⁊ affectus: qui fugiūt mūdū. Intellectꝰ fugit / cum tendit in verum / ſciens mūdum eſſe falſum ⁊ vanū. Eccꝭ. xj. b. Si eni ſecutus fueris non apprehēdes: quia vmbra eſt ⁊ fugit inſequentes. Affectus fugit ⁊ odit: quia mundus malus. j. Ioh. v. d. Totus mundus in maligno poſitus eſt. l ¶ Reficientes / retia cupiditatis. Macule huius retis / diuerſi modi acquirēdi temporalia. Retia cupiditatis reficiunt: qui hiericho iterum conſtruunt. Uel in bono: Reficientes retia ſua. Rete p̄dicatio: que debet refici ꝯtemplatione / ſtudio ⁊ confeſſione. Hieremias autem reficiebat: cum poſt predicationē peccata populi flebat. Hiere. ix. a. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lachrymarū ⁊c̄. ij. Machab. xv. c. Hic ē fratrum amator ⁊ populi iſrael: Hic eſt qui multum orat pro pplo. Uñ Lucas. v. a. dic: Piſcatores deſcenderāt ⁊ lauabāt retia. Lauate retia veſtra a fauore. ſ. populi ⁊ queſtu. Prouerb. xxv. a. Aufer rubiginem de argento ⁊ egredietur vas puriſſimum. Reliquerunt patrem / carnalem affectionem: vete / appetitum honoris: nauem / cupiditatis. n ¶ Illi autē ſtatim relictis retibus et patre: reliquerunt retia ſua ⁊ patrem: ſic contemplatiuꝰ. o ¶ Secuti ſunt eum. Chryſ. Relinquētes retia ſua apoſtoli / nos docuerunt / q2 nemo poteſt terrena poſſidere ⁊ ad celeſtia perfecte properare. Inter celum ⁊ terram medius eſt aer: vt oſtendat ꝙ inter celeſtia ⁊ terrena nulla ꝯiunctio poteſt eſſe. Celeſtia ſpiritualia ſūt ⁊ leuia ⁊ ſemp ſurſum tendūt: terrena grauia ⁊ deorſū deſcēdūt. Si celeſtia tenueris / ſurſū te ducūt: ſi terrena / deorſū te dep̄mūt. Secuti ſūt eū. Chryſ. Sciebant ꝙ̄ precioſa ē aīa / ꝙ̄ grata apud deū ſalꝰ ipſiꝰ: quāta merces hoiem edificare ſm deū. Cōcupierūt ⁊ ſecuti ſūt: tu aūt nō cōcupiſcis talia hec: Quō eni deſideras aliū poſſe ſaluare: qui teipſum ſaluare nō curas: p ¶ Et circūibat ieſus totam galileā: ad litteram. Uocatis enim coadiutoribꝰ predicationi inſiſtit dn̄s: docens impigrum eſſe doctorem ⁊ nō acceptorē perſonarū. Debet eni circūire totam galileam: id eſt eccleſiam: non ſolū predicare in vno loco. Pſ̄. Famē patientur vt canes ⁊ circūibunt ciuitatem. Iob. j. a. Conſurgens diluculo offerebat

Moraliter

Pſ̄. 58.

Pſ̄. 59.

Pſ̄. 9.
Septem ſunt infirmitates
Pſ̄. 37.
Pſ̄. 6.
Pſ̄. 30.
Pſ̄. 67.
Pſ̄. 102.
Septem ſunt q̄ ſanant infirmitates.

¶ a ¶ Varijs languoribꝰ: naturalibꝰ .ſ. ꝯtractis ab inequalibꝰ humoribꝰ. b ¶ Et tormētis cōprehēſos. Tormēta ſunt acute paſſiōes non diuturne. c ¶ Et q̃ demonia habebant: Ad litterā q̃ vexabanꝫ a demonibꝰ. d ¶ Et lunaticos. Lunaticos dicit illos quoꝝ morbꝰ in aſcēſione lune creſcit: non ꝙ hec inſania ſit per lunam/ſed diabolus qui inſaniā facit/lunaria tpa obſuat: vt īfamet creaturā ī creatorē blaſphemiā. e ¶ Et paralyticos. Paralytici ſūt mēbris cōtracti vel diſſoluti.

a varijs languoribꝰ et tormen-
b tis comprehenſos: et qui de-
c monia habebant ⁊ lunaticos
d ⁊ paralyticos: ⁊ curauit eos.
e Et ſecute ſūt eū turbe multe
f
g

f ¶ Et curauit eos .i. valitudini corporali reſtituit.

Moraliter Moraliť a ¶ Varijs languoribus/peccatis carnis. b ¶ Et tormētis/peccatis ſpiritualibus: que valde torquēt ꝓpter vermē ꝯſciētie. c ¶ Demonia. Demon inſpiratur ſufficiēs iniq̃tas: hec eſt ſuꝑbia. Job. xxxi. c. Si oſculatus ſū manū meā ore meo/ qđ eſt iniq̃tas maxima. d ¶ Lunaticos/auaros q̃ creſcūt ⁊ decreſcūt ſm res ſuas: qñ domꝰ cōbuſta eſt/dicit ſe cōbuſtū: qñ creſcit fructꝰ/dicit ſe creuiſſe. Eccł. xliij. a. Luminare quod minuitur in conſūmatione. e ¶ Paralyticos. Paralyſis ē diſſolutio mēbroꝝ. Hi ſūt luxurioſi. g ¶ Et ſecute ſūt eū turbe mlte: ad iſtructionē diſcipuli: ad curationē īfirmi: ad eiꝰ obſeruationē inuidi: ad refectionē famelici: ꝓpť miraculoꝝ opationē curioſi. h ¶ De galilea ⁊ decapoli. Decapolis ē regio decē vrbiū: quarū hoīes ſecuti ſunt eū. i ¶ Et de hieroſolymis ⁊ de iudea .i. illi de tribu iuda: q̃ ſpecialiť habent loca iſta. k ¶ Et de trāſiordane .i. de duabus tribubus ⁊ dimidia. Nota ꝙ q̃nq3 generibꝰ ſequentiū reſpondēt hec q̃nq3 loca. De galilea .i. rota/veniūt curioſi: quibꝰ dicitꝰ Act. j. b. Viri galilei quid ſtatis ⁊c̃. De decapoli veniūt infirmi: vt p obſeruātiā decem mādatoꝝ curenť: qbꝰ dr̃. j. xix. c. Si vis ad vitā īgredi ſerua mādata. De hieroſolymis/īuidi ⁊ obſeruātes. j. xxiij. d. Hieruſalē hierlm q̃ occidis ꝓphas ⁊c̃. De iudea/famelici: vt ꝯfitēdo pctā ſua ⁊ laudes deo reddēdo: q̃nq3 panibꝰ .i. doctrina legis moyſi: et duobꝰ piſcibꝰ .i. doctrina euāgelij chriſti ſatieť. De qbꝰ dr̃ Oſee. x. d. Arabit iudas ⁊ ꝯfringet ſibi ſulcos iacob. De trāſiordane veniūt diſcipuli: vt inſtruanť a ieſu ⁊ poſtea iſtruāt. Vñ naamā dr̃: Vade ⁊ lauare ſepties ī iordane .i.

4. Regſ. 5. in doctrina apłoꝝ/⁊ mūdaberis a lepra pctī. ¶ Expo. Ca. V

V ¶ Idens aūt ieſus turbas ⁊c̃. In h capło inſtruit dñs diſcipulos ſuos quos miſſuros erat in p̄dicationem. Primo oſtendēs quales debeāt eſſe .ſ. paupes/mites/lugentes/iuſti/miſericordes/mūdi/pacifici/patientes. Hic pauper/mitis/flens/eſuriens/miſericors/ mūdus/pacificus/ patiens tibi chriſte cliens eſt: et qđ p̄miū pro hmōi ſunt habituri: .ſ. btitudinē: que etſi diuerſimode noīeť: tñ vna eſt. Et pcedit dñs aſcendēdo ſic videbitis in lectione. Videť aūt ꝙ mattheus et lucas diſſonent in relatione huiꝰ ſermonis in q̃ttuor. In loco ſermonis: in ſtatu p̄dicātis: in numero populi audientis: ⁊ in quātitate ſermonis. Lucas. enī. vj. c. dicit dñm hunc feciſſe ſermonē in campo/ſiue in loco campeſtri: mattheus in monte. Itē lucas dicit dñm ſtando p̄dicaſſe: mattheus ſedendo. Itē lucas dicit feciſſe dñm hunc ſermonē ad turbas: mattheus ad diſcipulos. Item mattheus plura ponit q̃3 lucas. Ad hoc dicūt quidam: ꝙ dñs duos ſermones fecit. Vnū ſolis diſcipulis in cacumine montis ſedendo: et hunc narrat mattheus hic. Poſtea alium in campo ſiue in planicie montis ad omnes ⁊ diſcipulos ⁊ turbas/in quo multa de alio ſermone interſeruit: ⁊ hoc fecit ſtando/ſicut narrat lucas: et ita nulla eſt ꝯtrarietas. Alij dicunt quibus videť cōſentire Augꝰ/ꝙ vnus ſermo fuit. Turbis enī irruentibꝰ aſcendit dñs in ſupciliū montis/⁊ erat ibi pnoctās in oratione. Et cum dies eſſet factus/vocauit ad ſe diſcipulos ⁊ elegit ex illis duodecim/ quos ⁊ apoſtolos noīauit: ī hoc inſinuans ꝙ non eſt facienda electio ex improuiſo/⁊ oratio debet p̄cedere. Vnde ī electionibꝰ inuocatur ſpūſſanctꝰ. Apoc. xij. a. Mulier amicta ſole/⁊ luna ſub pedibꝰ eius: ⁊ in capite eius corona ſtellarum duodecim: et clamabat inuocādo ſpiritūſanctū parturiens vt pareret. Deſcendit deinde cum illis in quandam montis planiciem: ⁊ tūc ſtetit ibi donec ad eum congregate fuerūt turbe: qđ totum tacet mattheus. Et poſtea ſedit: qđ tacet lucas. Et cū ſediſſet acceſſerūt ꝓpinquiꝰ diſcipuli q̃ſi familiares: ⁊ tunc fecit ſermonem ſuū ad diſcipulos principaliter coram omnibus turbis: ad quas ſecūdario erat ſermo. Et

h de galilea et decapoli et de
i hieroſolymis et de iudea et
k de trāſiordane.

¶ Capitulum. V.

l V ¶ Idens autem ieſus

A

ita vnū eundem3 ſermonem narrant mattheus ⁊ lucas diuerſo ordine: ſed eadem rerum veritate. Anteq̃3 accedamꝰ ad litteram breuiter p̄libemus. Sicut dñs dedit legem moyſi in decem p̄ceptis/ que poſtea moyſes latius explicauit: ita h dedit apoſtolis nouū teſtamentū in ſeptem virtutibꝰ: que poſtea ipſi latius explicarūt. Notandū enim ꝙ de ſingulis ſeptem virtutibꝰ prouenit beatitudo: vt patebit inferiꝰ. Inter has autem virtutes/primo ponitur pauptas ſpiritus: que conſiſtit in animi humiliatione/in rerum abdicatiōe et in ſubiectione. Huic reddiť regnū celorum: Iuſtū ē enim vt q̃ terram propter deum deſerit/habeat celum: ⁊ qui ſe humiliat in terra ſublimetur in celo. Hanc paupertatē ſpiritꝰ operatur in nob donū timoris: qđ illa petitiōe īpetrať: Sed libera nos a malo: et exufflatur ſpiritus ſuperbie. De pauptate naſcitur mititas ſiue māſuetudo: q̃ nec iniurijs nec cōtumelijs cōmouetur. Verus enī pauper/ſicut nec habita amauit: ita nec de amiſſione dolet. Hanc operať ſpiritus pietatis: qui impetratur illa petitione: Et ne nos inducas in temptationem: et exufflatur ſpiritꝰ inuidie qui pietatē excludit. Has duas virtutes ſequiť luctus: Cum is enī omnes res abdicaueris et de ꝯtumelijs vel de iniurijs nō doleas: tñ q2 ſepties in die cadit iuſtꝰ/ neceſſariꝰ eſt luctus: q̃ ſemp abluit/q2 ſemp peccať. Hūc luctū operať in nobis ſpūs ſciētie: qñ cognoſcit homo miſerias in quibus ē: qđ impetrať illa petitione: Et dimitte nobis debita noſtra: ſic ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ noſtris: et exufflatur ſpiritus ire: qui ꝯturbat ſicut ſcientia illuminat. He tres virtutes a ſeculo nequā educunt: Pauptas diuitias abijcit: māſuetudo iniurias non ſentit: luctus cōmiſſa diluit. Quattuor que ſequunť ad celū erigūt: quarū prima eſt iuſticia: cuius ē vnicuiq3 qđ ſuū eſt reddere: deo/ſibi/et proximo. Deo cultū debitū: ſibi creationē dei ſeruare in ſe p victum et veſtitū neceſſariū/carnē ſpūi ſubiugādo: proximo vt ei facias qđ tu ab illo tibi vis fieri. Sed hec iuſticia ī ſe nō dicitur iuſticia: ſed eſuries ſiue deſideriū iuſticie: q2 in p̄ſenti pfecta iuſticia nō pōt haberi donec in patriā veniamꝰ: vbi erit deꝰ oīa in oībꝰ. Sic pythagoras ſapiam rerū nō ſophiā/ſed philoſophiā vocauit. Hāc iuſticiā opať in nobis ſpūs fortitudinis quē impetrat illa petitio: Panē nr̃m quotidianū da nob hodie: et exufflať ſpūs accidie. Fortitudinis enim donū eſt ille panis: in cuiꝰ fortitudine iuit helias q̃draginta diebꝰ vſq3 ad montē dei oreb. Sed q2 iuſticia ſine miſcďia crudelitas ē: ſequiť miſcďia: Cuius tres ſūt ptes: Dare/dimittere/cōmodare. Hāc opať in nobis ſpūs ꝯſilij/dicēs nobis: Eſtote miſericordes ſic ⁊ pater veſter miſericors ē: qđ impetrat illa petitio: Fiat volūtas tua ſicut in celo ⁊ in terra .i. vt ſimꝰ miſericordes alijs/ſicut celeſtes ſunt miſericordes: et exufflať ſpūs auaricie. Sexto loco poniť mūdicia cordis: quā hō ad imaginē dei ꝯditꝰ ſexta die pdidit: quā chriſtꝰ etate ſexta repauit. Hāc mūdiciā opať ſpūs intellectꝰ: quē impetrat illa petitio: Adueniat regnū tuū .i. da nobis ſpm̄ intelligētie q̃ mūdatur cor: vt videamꝰ te regnare in nobis: et exufflať vitiū gule. Septimo loco poniť pax: que in ſabbato ſeptime etatis dabitur habētibꝰ virtutes ſupra dictas. Hāc opať ſpūs ſapie: quem impetrat illa petitio: Sanctificeť nomē tuū .i. deť nobis ſapientia qua ⁊ filij tui noīemur ⁊ ſimꝰ: et exufflať ſpūs luxurie. He ſeptē virtutes beatū faciūt. Octaua ĥo cōmunis ē oībꝰ.

Mat. 6. b. · Prouer. 24. · Tob. 4. c. · 1. Corī. 15. d. · 3. Reg. 19. b. · Luc. 6. f.

¶ Nihil enī eſt niſi ꝓbatio

¶ Nihil enim eſt niſi probatio ſupra dictarū. Verus enim pau
per/verus mitis/verus lugens/ verꝰ miſericors/ verus iuſtꝰ/
verus mūdus/verus pacificus tribulatione probat̃: ⁊ purior
⁊ fortior efficit̃/ ſicut aurum in fornace. Et inde ſicut acceſſus
eſt in virtutibus/ ſic ⁊ in remuneratiōibus. Pauperibꝰ datur
regnum celorum: quia
minus non poteſt ha/
bere ꝙ id qđ eſt cōmu
ne omibꝰ bonis/⁊ om
niū premiū generale.
Differenter tamē ha/
bent regnum prima ⁊

a turbas/ aſcendit in montē: et
b c cū ſediſſet /acceſſerūt ad eū
d diſcipuli eiꝰ. Et aperiēs os
e f ſuum docebat eos/ dicēns:
g Beati pauꝑes ſpū: quoniā
h ipſorum eſt regnum celorū.

octaua virtus. Prima habet in ſpe: octaua in re: Qui enim
ꝓ chriſto terrena abijciunt/ non ſtatim cum moriunt̃ euolāt:
ſed quādoqꝫ igne purgant̃: q̄ vero ꝓ chriſto moriunt̃/ſtatim
aſcendūt in celum: quia falce martyrij reſecat̃ quicquid pur/
gandū inuenit̃. Mitibus qui ſe hic recte poſſederūt/cōgruit
poſſidere regnum qđ plus eſt ꝙ habere. Multa enim habe/
re dicimur que non poſſidemus: qꝛ ſtatim amittimus/vel qꝛ
noſtra non ſunt. Lugenti promittit̃ conſolatio: qđ plus eſt ꝙ
poſſidere regnum: Plus enim eſt gaudere in regno ꝙ poſſi/
dere: multi enim multa cum dolore et timore poſſident. Eſu/
rienti iuſticiā/promittit̃ ſaturitas: ⁊ hoc etiā plus eſt: qꝛ ma/
ius eſt ſaturari in palatio ꝙ gaudere in eo. Miſericordi pro/
mittit̃ miſericordia: vt plus recipiat in premio ꝙ habuit in
merito: ⁊ hoc plus eſt: Ultra enim ſaturitatem dabit̃ miſeri/
cordi gloria: ſicut dicit̃. j. xxv. c. Habenti dabit̃ ⁊ abundabit.
Mūdo corde promittit̃ viſio dei: vt qui mūdum habet ocu/
lum mentis/ clare videat deū. Et hoc omnibꝰ precedentibus
maius eſt: ſicut ille q̄ in curia regis prādet ⁊ ſaturat̃ dignior
iudicat̃: quia facie ad faciē videt regē. Sꝫ inter oēs et ſūmꝰ ⁊
maximus iudicat̃: qui regis filius nominat̃: quā dignitatē ha
bēt pacifici. Item tria ꝑma exuunt veterē hominē/ne ſit hō
filius ire: quattuor ſequētia induunt hominē vt ſit filius dei.
Que quattuor vltima reſpondent quattuor corporis elemē/
tis: Ut homo ex fortitudine ſit ſtabilis. Eccs. j. a. Terra in
eternū ſtat. Ex miſericordia fecundet aridam ſicut aqua. Vñ
elemoſyna dicit̃ aqua. Eccl. iij. d. Ignē ardentē extinguit aq̄
⁊ elemoſyna reſiſtit peccatis. Aereus fit ꝓpter ſpūalē intelle/
ctū. Igneus fit per cognitionē ⁊ ardorem ſapientie/ vnitus
ſpiritu deo/qui ignis eſt. Deut. iiij. d. Dñs deus tuus ignis
cōſumēs eſt. Dic ꝫ: a Videns autē ieſus turbas aſcē
dit in montē/ vitās multitudinē. Oſee. xj. d. In medio tui
ſanctus ⁊ nō ingrediar ciuitatē. Hieronymꝰ. Mons iſte fuit
mōs thabor vel aliꝰ in galilea. Et querit Cryſ. Nūquid non
poterat ibi docere vbi iā erat ꝑpl's: Sꝫ vt impleret ꝓphetiā
Eſa. xl. b. Super montē excelſum ⁊c. Aſcendit autē chriſtus
in deſertum/ vt temptaret̃ a diabolo. ʒ. iiij. a. Item i montē/
vt doceret et intelligeret̃: ſicut hic. Item in montē thabor/vt
transfiguraret̃. j. xvij. a. Item aſinam/vt humilis ⁊ manſue/
tus inueniret̃. j. xxj. a. Item mōtem oliueti/vt oraret anteꝙ
pateret̃: Luc. xxij. d. Item crucem/vt exaltaret̃. j. xxvij. d.
Itē i celum/vt eleuaret̃: Luc. vlt. g. Sic predicator debet
prius aſcendere in eminentia vite: quia cuius vita deſpicitur
reſtat vt eius predicatio contemnat̃. Naum. j. d. Ecce ſuper
montes pedes euangeliçantis et annūciantis pacem. i. affe/
ctus ꝑdicatoris ſit in alto ſancte conuerſatiōis. Gregorius.
Qui corporalibus actibus adhuc inheret/aliorum vitam ſpi
ritualiter neceſſe eſt erubeſcat. Exo. xix. Moyſes aſcendit in
montem vt daret legem populo. Et hoc meretur/cum ipſa
ꝑdicatione ꝑdicator ad maiora proficit: dum ſenſus audien/
tium ad dei deſideriū prouehit. Hoc ſuꝑ illud Ezech. iij. d.
Spiritus domini eleuauit me et aſſumpſit me. Dicit Naū.
Suꝑ mōtes: quaſi ad comprimendū/ne eleuet̃ inde. b Et
cum ſediſſet. Ex hoc loco tenet̃ ꝙ quando ſermo fit laicis
ſtat predicator: quando cōtemplatiuis/ſedet. Vñ Luc. x. g.
Martha ſtat/maria autem ſedet. Act. ij. b. Stans autē pe/
trus. b Et cū ſediſſet/tanꝙ magiſter. Auguſtinꝰ. Sedere
ꝑtinet ad dignitatem magiſtri. c ¶ Acceſſerunt ad eum
diſcipuli eius. Vocati diſcipuli/ſignificant fideles in chri/
ſtum incarnatū credentes: qui ꝑus dum ſtaret tm̄ deus/in eū
non crediderūt. Sedit enim chriſtus ꝑ incarnationem: ⁊ tunc
acceſſerunt: qđ ante non audebāt: Sicut dicit apoſtolus ad
Heb. xij. f. Non em̄ portabant qđ dicebatur: et ſi beſtia teti/
gerit montē lapidabit̃: et ita terribile erat qđ videbat̃: moy/
ſes dixit: exterritꝰ ſum
⁊ tremebundus: Sed
poſtꝙ preparatus eſt
mons/ fluxerūt ad eū
omnes gentes. Unde
poſtꝙ dixit: Deſcen/
det ſicut pluuia i vel/ Ps. 71.
lus: poſt ſequit̃: Et adorabūt eum omnes reges. Sic ꝑdica
tor ſedeat per humilitatē/oſtēdendo ſe ſubiectū ſimili fragili/
tati. Ezech. iij. d. Sedi vbi illi ſedebant. j. Timoth. j. c. Fui
blaſphemus ⁊ ꝑſecutor ⁊ cōtumelioſus: ſed miſericordiā con/
ſecutꝰ ſū. b ¶ Et cū ſediſſit ⁊c. Chryſoſ. In altitudine ſpi/
ritualiū virtutū conſiſtere debet q̄ docet iuſticiā pariter et q̄
audit. Nemo poteſt in valle ſtare et de mōte loq̄: ſed vbi ſtas
inde loquere: aut vnde loqueris ibi ſta. Si in terra eſt animꝰ
tuus/ vt quid de celo loqueris? Si de celo loqueris/in celo cō
ſiſte. Si iuſticiam facere non vis/ vt quid ꝑdicatorem iuſticie
audis? Quare magiſtrū vocas/cuiꝰ non vis eſſe diſcipulus?
Et. j. Nūc aūt ꝑplus ſeipſū nō videt/qđ ꝑmū videre debet:
ſed ſemꝑ ſedens iudicat de moribꝰ ſacerdotū. Ergo hec ſcri/
ptura docet: vt tam doctor ꝙ populus ſuꝑ montē aſcendāt.
d ¶ Et aperiēs os ſuū docebat eos. Aperuit os qua/
ſi magna dicturus. Job. iij. a. Aperiens iob os ſuū. Act. x.
e. Aperiens petrus os ſuum. Item ſignificat apertionē ſecre
torū. Ecc. xliij. b. Aperti ſunt theſauri ⁊ euolauerūt nebule. i.
ſecreta apta ſūt: ſꝫ q̄ſi nebule: qꝛ videmꝰ ꝑ ſpeculū i enigma/
te. j. Cor. xiij. d. Preterea ſuꝑ primo ſmo breuis ꝑmittit̃:
hic ꝓlixior ſubiūgit̃: Vñ ⁊ dñs os apire dicit̃. Penitētia em̄
facit homies beatos beatitudine quadā imꝑfecta/ q̄ tm̄ in ſpe
ꝑficit̃. Notat̃ hic etiā in apriōe oris ꝓfūditas dicēdoꝝ. aper/
tio doctrine reſeratio ſecretorum longitudo ſermonis exem/
plum inſtructionis: e ¶ Dicens. Chryſoſ. Nō ſolum ad
apoſtolos dicta ſunt hec: ſed ſcripta ſunt ad nos. Non enim
dixit: Beati vos pauꝑes. Nota in candelabro erant ſeptem
brachia: ſeptē lucerne: ſeptē infuſoria: ⁊ hec ſibi inuicem ſub/
ſeruientia. Sic hic diſtinguunt̃ tria. ſ. ſeptē petitiōes oratiōis
dominice: ſeptē dona: ſeptē beatitudines: que dicunt̃ virtu/
tes quibꝰ deuenit̃ ad beatitudies. Et hec ſibi adaptant̃. Per
petitiōes venit̃ ad dona: per dona ad virtutes. Nec tamē in
hoc faciamus vim ꝙ per vnam petitionē petit̃ vnū tm̄/ imo
⁊ oia: ſed familiarꝰ vnū. Sed hec retrograde debēt adapta/
ri: vltima petitio et vltimū donū ꝑme beatitudini ſic: Sed
libera nos a malo. i. da nobis timorē qui nos expediat a ſecu/
lari deſiderio: ⁊ hoc eſt a malo: Et q̄ habet timorē habet pau
pertatē ſpiritus: qui cōſiſtit in animi hūiliatione ⁊ rerum ab/
dicatiōe. Lex neminē duxit ad ꝑfectū: ideo chriſtꝰ addit ꝑfe/
ctionē meriti ⁊ premij. f ¶ Beati pauꝑes ſpiritu ⁊c.
Omnis miſeria eſt propter preſentiam diſconuenientis rei ⁊
nocentis: vel propter abſentiam conuenientis et perficien/
tis: ſic beatitudo ex abſentia mali ⁊ ꝑſentia boni. Docēs igit̃
ſummus magiſter viam ad ꝑfectam beatitudinē/ſeptē ponit
virtutes: quaꝝ prime tres hominē interiorē mūdant a malo:
quatuor ſequētes mūdatum ordinant ⁊ informant. Pauper/
tas em̄ purgat cōcupiſcibilē: mititas ſiue māſuetudo quietat
iraſcibilem: luctus autē ex ſcientia vim rationabilē illuminâte
deriuat̃. Item eſuries iuſticie vim concupiſcibilē ordinat et
informat: miſericordia iraſcibilē cōpatiendo miſeris: mundi/
cia cordis ꝑ donū intellectus rationabilē illuſtrat: pax. i. ſa/
pientia oēs quietat ⁊ pacificat. Unde Ps. Qui poſuit fines Ps. 147.
tuos pacē. Tres ꝑme exuūt veterē hoiem: q̄ttuor ſequētes
induūt nouū: qui ſm deū creatꝰ ē i iuſticia ⁊ ſanctitate verita/
tis. Col. iij. b. g Pauꝑes. Eſa. xiiij. g. Paſcent̃ ꝑmogeni
ta pauꝑꝝ ⁊ pauꝑ fiducialiter requieſcet. h ¶ Spiritu. i. ſpi/
ritualit̃. i. animi reputatione ⁊ voluntate. Pauꝑtas em̄ ſpūs
vno mō dr̄ ſacta timoratio ſiue deficiētia de ſeipſo q̄ ex timo/

 re procedit. Unde

re procedit: Unde vulgariter dicit̃: pauper / corde timidus: q̃
beatū efficit: qꝛ quāto magis quis de ſeipſo diffidit ⁊ inſuffi/
cientē ſe reputat: tanto amplius in deo abūdat. Et ita diffidē
tia ſui / primus gradus eſt aſcēdendi ad regnū cęli. Prouer.
xxviij.c. Beatus homo qui ſemꝑ eſt pauidus. Itē Prouer.

**a Beāti mites: quoniam ipſi poſſidebūt terram.**

xiiij.d. In timore dñi fidu/
f Pſ.111. cia fortitudinis. Pſ. Bea
tus vir qui timet dominū.
Lucę.xij.d. Nolite timere
puſillus grex: quia cōpla/
cuit patri veſtro dare vob regnū. Alio modo dicit̃ pauper/
tas ipſa virtus humilitatis: quę ꝓpriū ſubiectū euacuat vel
extenuat in nihilum / faciens pulchrum. De quo dicit̃ Iob.
xxvj.b. Qui extendit aquilonem .i. diabolum ſuper vacuū: id
eſt hypocriſim: ⁊ appēdit terrā .i. eccleſiā ſuꝑ nihilū .i. ſuꝑ hu/
militatē. Et ē iſtud nihilum magnificatio ⁊ extēſio ⁊ firmitas
Pſ.103. terrę: id eſt eccleſię. Pſ. Qui firmauit terrā ſuper ſtabilitatē
ſuā: nō inclinabit̃ i ſęculū ſęculi. Iſta ſola capax ē dei qui eſt
pleniſſima beatitudo: quia plenitudo nihil recipit niſi qꝺ ni/
hil eſt. Ideo ſuperbia quę ſui reputatione aliquid eſt / cęlo nō
potuit capi: quia illud impleuerat iam gloria domini. Sed
nec in terra locum inuenit: quia ⁊ illam impleuerat gloria do/
mini. Unde Hiere.xxiij.c. Cęlum ⁊ terram ego impleo. Et
Eſa.vj.b. Plena eſt omnis terra gloria eiꝰ. Non ergo reſtat
locus ſuperbię niſi infernus. Unde Eſa.xiiij.c. dicit̃ de ſuꝑ/
bo lucifero: Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Cedit ergo
plenitudini diuinę glorię humilitas / dans ei in ſeipſo locum
ampliſſimū: quā ſuperbia tumore ſuo a ſeipſo expellit: quia
plenitudo in pleno capi nō poteſt. Prima ergo cauſa qua hu
militas regnum cęlorum ſuum facit / eſt eius capacitas .i. ve/
ritas. Secūda eſt eius fidelitas: quia de bonis domini ſuis
manibus nihil adhęrere ꝑmittit: ſicut dicit beatus Bern. ſed
totum deo attribuit / cenſum debitū laudum et gratiarūacti/
ones fideliter ꝑſoluens. Hic enim eſt cenſus qui deo pro omi
feudo ſuorum beneficiorum debet̃: quia ſola ſuperflua vſur/
pādo. Uide ꝙ omnia bona gratiaꝝ ſuperbum quaſi furem
domini fugiūt. Tertia cauſa eſt iuſta viciſſitudo. Dignū em̄
⁊ iuſtum eſt vt diuina maieſtas in ſe recipiat humilitatē quę
ſe euacuauit et annihilauit / vt toto ſinu ſuę capacitatis eā re/
ciperet. Unde Eſa.lxvj.a. Ad quē aſpiciā niſi ad pauꝑculū
et cōtritū ſpiritu: Tertio modo dicit̃ paupertas ſpiritus mū
dicitas ſpiritualis: qua pauperes ſpirituales improbos ſe ex/
hibent diuitibus ſpiritualibꝰ ꝓ elemoſynis ſpiritualibꝰ obti/
nendis: nunc panem doctrinę / nunc aquam ſapiētię flagitāt:
nunc ad ignem orationū calefieri poſtulant. Iſtorum eſt re/
gnum cęlorum ipſo iure paupertatis. Omnis em̄ domus dei
vbicūqꝫ ſit pauperū eſt ⁊ omnia bona eius. Item omnia quę
ſunt in regno cęlorum poſſidet pietas: etiā ipſum regem cęlo/
rum. Qꝺ inde apparet: quia ipſum vendidit ꝓ redemptione
captiuorum: ipſum ſpoliauit ꝓ induitione nudoꝝ: ipſum in
cruce aſſauit pro refectione egenorum. Quicquid autem pie/
tas poſſidet pauperum eſt. Patet ergo regnū cęlorum pau/
perū eſſe: Et ideo beati pauperes ſpū quoniā ipſorum eſt re/
gnum cęlorum. Quarto modo dicit̃ paupertas ſpiritꝰ / ipſa
tēporalis / volūtaria ⁊ amata ⁊ electa. Unde Glo. dicit. Spi/
ritu .i. volūtate. Iſtorū pauperū eſt regnum cęlorū titulo em
ptionis ex precio iā ſoluto. ſ.xix.d. Omnis qui reliquerit do/
mū ⁊c. centuplū accipiet et vitam ęternā poſſidebit. Iſti ſunt
beati: quia eis ad votū ſuccedit qꝺ amant .i. paupertas: ipſā
habēt quātū volunt ⁊ q̄diu volūt / ſecure ⁊ pacifice poſſidē/
tes. Hic eſt theſaurus ꝓcioſiſſimus quo ſapiētiſſimus merca
tor ieſus chriſtꝰ regnū cęloꝝ venaliter expoſuit. Quinto mō
dicit̃ paupertas ſpiritu .i. animo qui oīno nihil habere ſe re/
putant / nec ſeipſos ſiue corpus ſiue animā ſiue membra: ſed
oīa cōmodata habēt ⁊ q̄ſi alienis vtūt̃. Hęc ē vera pauper/
tas: quę neqꝫ linguā / neqꝫ oculos / neqꝫ pedes / neqꝫ ſenſū / neqꝫ
volūtatem: ⁊ ideo nihil ei moleſtum eſt. Solus iſte verus eſt
monachus in clauſtro domini: ſi tamē clauſtrum eſt regnum
cęloꝝ. Manifeſtū eſt regnū cęloꝝ hmōi paupeꝝ eſſe / ⁊ hi be
ati: qꝛ ſecuri. Seneca. Pauꝑtas ē bonū ſine calūnia. Adptat̃

aūt pauꝑtas ſpūs dono timoris: qꝛ pauꝑtas ſemꝑ timida ē:
inopē / indefenſam / īmunitā / oībꝰ odioſam ſe ſemꝑ exiſtimās.
Itē timor cuſtodit ⁊ hūilitas abſcōdit. Itē habēt quodāmō
beatitudinē quę cōſiſtit in dotibus corꝑis ⁊ aię. Sūt em̄ im/
paſſibiles: qꝛ nō ſentiūt dolorē ꝓ amiſſione mobiliū vel imo/
biliū: nec etiā carnaliū ami/
corū. Gregoriꝰ. Qui nō in
mūdo habet qꝺ diligit: ni/
hil in mūdo ē qꝺ ꝑtimeſcat.
Prouer.xij.c. Non cōtur/
babit iuſtū quicqd ei acciderit. Itē agiles ſunt ꝑ eorūdē de/
poſitionē: quia nō habēt pondus terrenū: ſed pondus ſpūale
quod ſurſum eleuat: ſicut dicit beatus Bern. Eſdre. Abij/
cite auri ⁊ argenti pondera. Itē ſunt ſubtiles ꝑ poteſtatū ⁊ di
gnitatū abrenūciationē. Ille em̄ qui magna pompa famulo/
rū ⁊ ſocioꝝ ſtipatꝰ eſt / ꝑ artū foramē intrare nō pōt. Arta em̄
eſt via quę ducit ad vitā. ſ.vij.b. Iſti ſunt lucidi ꝑ curę abre/
nūciationē. Ex cura em̄ ⁊ interiori ſollicitudine fiūt homīes
nigri / ad litterā: qꝺ patet in mecatoribꝰ. Uel lucidi ſunt ꝑ bo/
nā opinionē. Item habent arras animę lucē .ſ. in rationabili:
pacē / in iraſcibi: ſaturitatē / in cōcupiſcibili. a Beati mi/
tes: qm̄ ipſi poſſidebūt terrā. Mititas ⁊ rabies oppo/
ſita ſūt. Sed cōſtat ꝙ i corde humano rabies miſeria ē: ergo
⁊ mititas beatitudo. Scꝺm philoſophū: mitis ē q̃ patit̃ ⁊ nō
deijcit̃ .i. lęſiones nō ſentit. Hęc eſt in lecto cōſcientię homis
culcitra mollis: vbi molliter ⁊ ſuauiter anima requieſcit: quę
etiā lapides ꝯtumeliaꝝ / detractionū ⁊ iniuriarū q̄rūcūqꝫ in/
flictis ſibi amplexat̃ leuiter ⁊ ſine ſui lęſione recipit. Hęc eſt
armatura fortiſſima: quę nec lędi nec vulnerari patit̃ deferen/
tem. Hęc eſt virtus quę ꝓpriē facit hominē ſui dominū ⁊ poſ/
ſidere ſeipſum. Plato vendit̃ / maior emente ſe fuit: ſicut le/
git̃ in ꝓlogo biblię. Hęc eſt quę ab omni liberat ꝑturbatio/
nū incurſu: ſicut dicit poeta: Nobile vincendi genus eſt pa/
tientia vincit Qui patit̃ ſi vis vincere diſce pati. Unū hęc re/
cte facit beatū: qꝛ vere beatus ē q̃ ab omni malo liber ē. Per
hāc terrā liberi arbitrij quiete ⁊ pacifice ratiōi ſubijcimus: ꝑ
hanc etiā terrenā ſubſtantiā pacifica ⁊ magnifica dominatiōe
poſſidemus: quia ꝑ hanc ꝓ amiſſione temporalis ſubſtantię
non dolemus neqꝫ turbamur. Unde hic Glo. Beati mi/
tes / ſine aſperitate mentis ⁊ ſine liuore. Qui em̄ amiſſionem
huiꝰ ꝑtimeſcunt: veriꝰ ſe poſſideri q̄ꝫ poſſidere fatent̃. Amor
em̄ amatū poſſeſſorē facit amantis. Beati / ergo / mites: qꝛ
mititas lapides vituperationis cōuertit in panes ſuauiſſimę re/
fectionis: plagas in medicinā. Hęc eſt virtus quę terrę viuē/
tiū ſuos efficit poſſeſſores. Augꝰ. Nulliꝰ erit deus poſſeſſio
niſi illiꝰ quē ipſe poſſederit. Mites autē ipſe quiete et pacifi/
ce poſſidet: ideoqꝫ lege viciſſitudinis dñm poſſidebūt ⁊ habi/
tationē t̃rę viuentiū: De qua Hiere.ij.b. Induxi vos i terrā
carmeli vt comederetis fructꝰ eius. Itē merito ſtabilitatis et
quietis placidę mētis / mites poſſidebūt ſtabilē terrā viuētiū.
Iuſtū em̄ eſt vt merito ꝑmiū reſpondeat .i. gratia glię. Ioh.
j.b. Gratiā ꝓ gratia. Zach.iiij.c. Adęquabit gratiā .i. gloriā
gratię eius. Itē / terrā .i. ſeipſos. Iracūdi em̄ ſeipſos nō poſ/
ſident. Geñ.iij.d. Terra es ⁊ in terrā ibis. Itē / terrā: ad lit/
terā. Eccī.x.b. Sedes ducū ſuperboꝝ deſtruxit deꝰ: ⁊ ſedere
fecit mites ꝓ eis. Pſ. Māſueti autē hereditabūt terrā. Nā Pſ.36.
multi ꝑ tyrannidē ſuā / ad litterā: eiecti ſunt a regno. Aptatur
aūt hęc virtus ſpiritui pietatis: ſicut ſuū cōtrarium .i. rabies
crudelitati. Si autē hic accipit̃ ꝓ theoſebia: q̃ ē cultꝰ diuinꝰ
et veneratio ſanctoꝝ: merito ei aptat̃ mititas ſiue manſuetu/
do: qm̄ cultus dei nihil aliud eſt q̄ꝫ ſubijci iugo chriſti: cui hęc
virtꝰ gratis et gaudēter ſe ſubijcit ſicꝫ aīal māſuetū. Adaptat̃
etiā illi petitioni: Et ne nos inducas in tēptationē .i. da nobis
ſpm̄ pietatis ꝑ quē vitemꝰ tēptatiōes: ⁊ ſic erimꝰ mites. Mā/
ſueti aūt / vt dicit̃ Caſſidorus Pſ.xxiiij. dicunt̃ manu cōſueti:
hoc eſt tolerātes iniurias / nō reddentes malū ꝓ malo. Mi/
tes ꝟo ſūt q̃ nulla furoris accēſione turbant̃: ſed i animi leni/
tate iugiter ꝑſeuerāt. Scꝺm hoc: mitis i affectu: māſuetus
in affectu ſonat. Unde quidā ſanctus: Mitis eſt quē mentis
aſperitas .i. īpatiētia ſiue amaritudo nō afficit: ſ; ſimplicitas

fidei ad omnē

¶ fidei ad omnē iniuriā ſuſtinēdā patiēter iſtruit. Cōmēdat aūt
Mititas cōmē/datur pluribus modis hec virt⁹: Primo: q2 eius magiſteriū ſic ⁊ hūilitatis dñs ſi/
bi retinuit ſpecialit. Uñ. j. xj. d. Diſcite a me/ q2 mitis ſum et
hūilis corde: qḋ nō faceret niſi ſūme pfectiōis eſſet ſchola in
terris/ cui⁹ ē cathedra i celis. Secūdo: q2 placet deo. Eccl. j.
d. Bñplacitū eſt deo
fides et manſuetudo.
Luc. 6. c. De. pe. diſ. 1. c. fleat Tertio: q2 facit homi
nem diligi. Eccl. iij. c.
De. pe. diſ. 2. c. querendum Fili in manſuetudine
opa tua pfice: ⁊ ſuper

a b Beati q̄ lugent: quoniā ipſi
c cōſolabunt. Beati q̄ eſuriūt
d ⁊ ſitiūt iuſticiā: qm̄ ipſi ſatu/
e rabunt. Beati m̄ſicordes:

De. cōſe. diſ. 2. accesserunt hoim gr̄as diliget. Quarto: qm̄ ipſa ē via ⁊ ppatio ad ſuſci/
piendū verbū dei. Jaco. j. d. In māſuetudine ſuſcipite inſitū
verbū qḋ pōt ſaluare aīas vr̄as. Quīto: q2 de hac ſingularit
laudat moyſes. Numeri. xij. a. Erat moyſes mitiſſimus oīm
hominū q̄ i t̄ra morabant. Sexto: q2 facit hoīm ſui memorē.
Ps. 131. Ps. Memēto dñe dauid ⁊ oīs māſuetudinis ei⁹. Septimo:
q2 facit illud cui⁹ ē facere ſanctū. Eccl. xlv. a. In fide ⁊ lenita/
te ſanctū fecit illū. Octauo: q2 hereditas terre ei pmittit: vt
Ps. 36. hic. Et i Ps. Māſueti aūt hereditabūt terrā. Et Beda: Si
celoꝝ regnū paupib⁹ ⁊ terra mitib⁹ cōpromittit: qd̄ ḡ ſupbis
⁊ cōtentioſis niſi infern⁹? Nono: q2 dignitas q̄ ſupbis aufert
mitib⁹ cōfert. Eccl. x. b. Sedes ducū ſupboꝝ deſtruxit dñs: ⁊
ſedere fecit mites p eis. Nota aūt pfectū i mercede: Plus
em̄ eſt regnū celoꝝ poſſidere q̄ habere: Poſſūt em̄ aliq̄ nr̄a
eſſe ad temp⁹ ⁊ momētanee/ nō tn̄ poſſidem⁹. a ¶ Beati q̄
Foris canes ⁊ venefici. Item ante mordet ⁊ latrat/ retro ap-
plaudit cauda. Itē guloſus ē: luxurioſus/ ⁊ mingit ad parie-
tem. g Panē filioꝝ. Uulgarit omnis panis dicit boni-
nũ vel canũ. Prim⁹ de ſimilagine: et ſignificat ſpũalia. Se-
cũd⁹ de furfure: qđ exterius ē ⁊ vanũ/ ⁊ ſignificat tēpalia. i
At illa dixit: etiā dñe. i. verũ ē. k Nā ⁊ catelli edũt
de mici ⁊c̃. Chryſ. Nō oues/ nō filios ſ; canes vocat: qđ
igit mulier cōplicat ab ipſis ꝟbis ei⁹ opitulationem: Si enī
canis ſũ ait/ nō ſũ aliena: q̄ neceſſari⁹ ē cib⁹ filijs noui: vñ nec
ego canis ꝓhibeor. Propt h̄ tardabat chriſtus: Sciebat enī
Š.8.a. eam eſſe h̄ dicturā: qđ in centurione ſciuit: Ego veniā inquit
et curabo eum: vt audiam⁹: Non ſum dign⁹ ⁊c̃. Luc.xv.d.
Fac me ſicut vnũ de ſeruis tuis. Eſa.lvij.d. Pacē his q̄ lon
ge. Nota mica inter cruſtas latet: man⁹ frangentiũ fugit: ci-
bus etiam eſt paruuloꝝ. Itē nota q̄ dñm dicere: Non eſt
bonũ ⁊c̃. eſt ad tempus anime imũde tanq̄ cani panē gra-
tie ſue denegare. Tñ aīa catello ſe compans ꝑ humilitatē. i.
cognitionem ſue imũdicie/ ſi non poteſt habere panem inte-
grum: id eſt gratiam gratum facientē: petat ſaltem micam: id
eſt gratiam gratis datam: qua ſaltem a ꝯſuetudine peccandi
liberatur ⁊ ſi nondũ a reatu. Eccī.xxvij.b. Leo venationi in-
ſidiat ſemper: ſic peccatum operantib⁹ iniquitatē. Ec.xiij.c.
Uenatio leonis onager in heremo: ſic ⁊ paſcua diuitum ſunt
pauperes.
Myſtice ꝯ in voluptatib⁹ explendis: fruſtratoria in honorib⁹ ambiēdis:
ꝯſolatoria in tribulationib⁹ amplectendis: delitioſa in pecca
Aliter tis puniendis: pernitioſa in demonib⁹ ſuſtinendis. Item ali-
ter. Chananea a finibus ſuis egredit: q̄ſi negociatio clericos
occupat. Ezech.xxviij.e. Cũ iniq̄tate negociatiōis tue pollui
ſti ſanctificationē tuā. Neemie. vlt.c. Manſerũt negociato-
res ⁊ vendentes vniuerſa venalia foris hieruſalē. l Tunc
reſpondens ieſus ait illi. Primo nihil reſpōdit: poſtea

reſpōdit: quaſi negādo qđ petebat dilatione ſic excitans de-
ſiderium. m O mulier magna eſt fides tua. Hiere.
iij.b. Amodo voca me pat me⁹: dux virginitat͛ mee tu es ⁊c̃.
Fides dicit magna/ ſcientia potens cōtra omnē altitudinem
extollentem ſe. ij. Cor.x.b. Fiducia potens miracula face-
re. j. xvij.c. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis ⁊c̃.
Itē deuotione po-
tens lachrymas pro
ducere. Heb. xj.e.
Fide moyſes gran-
dis effectus. Itē cō-
ſtantia potens vin-
cere oīa mũdi blan-
da ⁊ aduerſa. j. Ioh.
v.a. Hec eſt victo-
ria que vincit mũdũ
fides nr̃a. n Fiat
tibi ſicut vis ⁊c̃.
Luc.xj.b. Et ille ſi
ꝑſeuerauerit pulſās
dico vobis et ſi non
ſurrexerit eo q̄ ami-
cus ei⁹ ſit/ ꝓpter im-
probitatē tñ eius ſur
get. Chryſ. Quātũ
q̄d eſt inſtantia ora-
tionis: qđ apli nō obtinuerũt/ ipſa ꝑfecit. Etenī pro nr̄is no-
xis magis vult a nobis rogari q̄ ab alijs pro nobis: q̄uis ma
gis liberā preſentiā habeant. Nota aũt q̄ hic datur exemplũ
cathecizādi ⁊ baptizādi infantes qui nec facere nec ſapere poſ
ſunt/ et in hoc ſunt q̄ſi abſentes: per fidem aũt patrinoꝝ libe-
rant. o Et cũ tranſiſſet inde ieſus venit ſec⁹ mare
galilee. Marc⁹. vij. d. dic̃ Inter medios fines decapoleos
et adducunt ei ſurdũ ⁊ mutũ. p Et aſcendēs in mon-
tem ſedebat ibi: Per hoc docēs nos aſcendere in altitudi
nem vite. Geñ. xix. d. In monte ſaluũ te fac. Iudicũ. xx. g. Il
li ſoli de beniamin ſaluati ſunt/ q̄ aſcenderũt petrā remon: qđ
interp̄tat ſublimis. Occiderũt enī vxorem leuite: id eſt aīam
deo deſponſatā. Et aſcēdēs i mōtē ⁊c̃. Deut. vlt.a. Aſ-
cendit ergo moyſes de campeſtrib⁹ moab. i. de campo licen-
tie ⁊ mortuus eſt ibi. Item in ſeſſione notatur quies ⁊ delecta
tio. Pš. Mons in q̄ bñplacitũ ē deo habitare i eo. i. facit vt Pš.67.
nos placeat habitare i mōte. Itē q̄ ſedet ſe humiliat. q Et
acceſſerũt ad eũ turbe multe. Propt tria: vt. ſ. ei⁹ ꝓſentia
gauderēt: vt miracula viderēt: vt doctrinā audirēt. r Ha-
bētes ſecũ mutos ⁊c̃. Mutos/ a laude dei ⁊ peccatorũ cō-
feſſiōe. s Claudos/ cecos. ij. Reg. v.a. Nō itrabis huc
niſi abſtuleris cecos ⁊ claudos. ij. Reg. v.b. Cec⁹ ⁊ claud⁹ nō
intrabunt in templum. Mutilat diabolus multis dextrũ pe-
dem: et facit eos loripedes: q̄ñ quis bñficiat⁹ procurat per
ſeipſum ſua temporalia/ et per vicarium ſpũalia. Leuit. xxj.d.
Claudus vel fracto pede nō offeret panes deo ſuo. t De-
biles. In greco habetur cyllos: id ē debiles manib⁹. Luc.
xiiij.c. Cum facis conuiuiũ voca pauperes et debiles/ ⁊ clau-
dos et cecos: et beatus eris. v Ad pedes eius: id eſt do
ctores. Eſa.lij.b. Q̄ pulchri ſunt ſuper montes pedes annũ-
ciantis ⁊ predicantis pacem. Deut. xxxiij. a. Qui appropin-
quant ad pedes eius accipient doctrinam. x Et curauit
eos ⁊c̃. Eccī. xxxviij. a. Unguētari⁹ faciet pigmēta ſuauita-
tis ⁊ vnctiones cōficiet ſanitatis. y Uidētes mutos lo-
quētes: claudos ambulātes: cecos vidētes. Eſa.
xxxv.b. De⁹ ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos: Tũc aperient oculi ce-
coꝝ ⁊ aures ſurdoꝝ patebũt: Tũc ſaliet ſicut ceru⁹ claud⁹: ⁊ ap-
ta erit lingua mutoꝝ. Ec.xxix.f. eiuſdem. Audient in die illa
ſurdi. z Et magnificabant deum iſrael: ei⁹ magni-
tudinem predicando. Pš. Magnificate dñm mecum. Seip Pš.33.
ſos humiliando. Pš. Accedet homo ad cor altum ⁊ exalta- Pš.63.
bit deus. Eius magnitudinem admirando. Luc.j.c. Mag-
nificat anima mea dñm. Chryſ. Mulierē cũ tarditate/ hos
confeſtim curauit: q2 fideliores illa fuit. Item. Q̄to maius be-
G neficiũ ds accipit

neficium quis accipit: tanto magiſ pęnę obnoxius eſt ingrat⁹
exiſtēs. Propter hoc ⁊ diuites magis puniunt̄ q̄ȝ pauperes
mali exiſtentes: quia nec in copia facti ſunt māſueti. Et non
dicas/dederunt elemoſynā: Si eni ſm dignitatē ſubſtātię nō
dederūt/ non effugient. a ¶ Jeſus autē ꝯuocatiſ diſci/
pulis ſuis dixit. In hoc inſtruens eos/dicit Glo. ꝙ malo
res minorib⁹ debent
cōmunicare conſilia
B ſua. Vñ Eccl̄i. xxxij.
d. Fili/ſine ꝯſilio ni
Marci. 8. a. hil facias. b ¶ Mi/
ſereor turbę. Sic
innuit eos debere cō
pati ſubiectis. Vn/
†Pſ. 91. de Pſ̄. Senectus
mea in miſericordia
vberi. ij. Cor. xi. g.
Quis infirmatur et
ego nō infirmor: In
hoc ꝙ miſeret̄/oſten
dit ſe eē verū hoīeȝ.
c ¶ Quia triduo
iam pſeuerāt me
cū/ in deſerto pęni/
tentię. Triduū: ie/
iuniū/orō/et elemo/
ſyna. Tob. xij. b.

a gnificabāt deū iſrael. Jēſus
autem conuocatis diſcipulis
b ſuis / dixit: Miſereor turbę
c quia triduo iam perſeuerant
d mecum: et non habent quod
e manducent: et dimittere eos
ieiunos nolo /ne deficiant in
f via. Et dicunt ei diſcipuli:
Vñ ergo nobis i deſerto pa/
nes tantos vt ſaturemus tur/
g bam tātam: Et ait illis ieſus:
Quot panes habetis: At illi
h dixerunt/ ſeptem: et paucos
k piſciculos. Et pręcepit turbę
vt diſcūberent ſuper terram.

Bona eſt orō cū ieiunio ⁊ elemoſyna. His dat dñs panes ca
tholicę doctrinę. Eſa. xxi. d. Cum panib⁹ occurrite fugiēti a
triplici hoſte. Piſciculi: triplex ſpūalis itelligētia. Dñs gra/
tias agit: quia pro his grās agere debem⁹. Fregit: qꝛ Apoc.
v. b. Vicit leo de tribu iuda radix dauid aperire libꝝ ⁊ ſolue/
re ſeptem ſignacula ei⁹. Item triduo: ꝯtritionis/pęnitentię/
iuſticię. Numeri. xxxiij. a. Profecti ergo de rameſſe. i. tinea:
menſe pmo caſtrametati ſunt in ſochoth. i. tentoria: et de ſo/
choth in ethan. i. aſcendēs/vel robuſt⁹ gratię. ſ. per ꝯtempla
tionē. Geñ. xl. c. Tres adhuc dies ſunt poſt quos recordabit̄
pharao miniſterij tui ⁊c. Exo. v. a. De⁹ hebręoꝝ vocauit noſ
vt eam⁹ viam triū dierū in ſolitudinē. Itē triduū: cogitatio/
locutio/op⁹. d ¶ Et nō habēt qđ mādu cēt. Quare nō
petebāt cibū a dño: Chryſ. Ob medicinā turbę venerant/ci/
bum vel paneſ petere non audebāt: ſine indigētia non feciſſet
dñs mira. Et ne dicerent apoſtoli viaticula portant/ait tres
dies ⁊c. quaſi: ſi qđ habuerūt/ꝯſumptū eſt. e ¶ Et dimit/
tere eos ieiunos nolo ne deficiant in via. Act. ix. c.
Saulus illuminat⁹ cū accepiſſet cibū ꝯfortat⁹ eſt. iij. Reg.
xix. a. Surge comede: grandis eni tibi reſtat via. f ¶ Et di/
cunt ei diſcipuli: vñ ḡ nobis i deſerto paneſ tātos
vt ſaturem⁹ turbā tantā: Eſa. iij. b. Nō ſum medic⁹ ⁊ in
domo mea non eſt panis nec veſtimentū. Hiere. vlt. b. Ob
tinuit fames ciuitatē ⁊ non erant alimēta populo terrę: et di/
rupta eſt ciuitas. Threñ. j. b. Facti ſunt pncipes eius velut
arietes non inuenientes paſcua. Chryſ. Ne putes ꝙ ꝓpe eſſet
caſtellū / noīatus eſt locus. i. deſertum. Vnde dicit: In de/
§. 14. b. ſerto. Item Chryſ. Supra dixerunt diſcipuli: Dimitte tur
bas: hic poſt tres dies/nec hoc dicūt. g ¶ Et ait illis ie/
ſus: quot panes habetiſ: Ignorat panes. Geñ. xxxix. b
Ecce dñs meus omnib⁹ mihi traditis ignorat quid habeat i
domo ſua: nec quicq̄ȝ eſt qđ non ſit in mea poteſtate/ pręt te
quę vxor ei⁹ es. h ¶ At illi dixerūt/ ſeptem. Septē pa/
nes/ſeptem ſpicę in culmo vno. i. chriſto: quę reddūt vberem
ęgyptum: Geñ. xlj. c. Item ſeptē panes ſunt ſeptem pęniten
tię partes: q̄s enumerat apl̄s. ij. Cor. vij. c. dicens: Ecce eni
hoc ipſum ſm deum ꝯtriſtari vos/quantā in vobis operatur
ſollicitudinē/ſed defenſionē/ſed indignationē/ſed timorem/ſ
deſiderium/ſed ęmulationem/ſed vindictam. Item primus
panis eſt malę vitę ſollicita emendatio. Secūdus verę ⁊ hu/
milis confeſſionis accuſatio. Terti⁹ pro cōmiſſo exceſſu lugē
indignatio. Quart⁹ timor anxi⁹ relabendi. Quint⁹ deſideriū
ampli⁹ ꝓficiendi. Sext⁹ ſanctoꝝ viroꝝ imitatio. Septimus

ſuorum maloꝝ ⁊ alioꝝ punitio digna. Ideo dicit Ecc⁹. xx. b:
Eſt qui multa redimat modico precio ⁊ reſtituens ea in ſeptu
plum. Ibi ſunt ſeptem gradus in ſcala per quā in cęlum aſcen
ditur: ſeptem mortaliū culpa diluitur: ſeptiformis ſpirit⁹ gra
tia infunditur: ſeptenarius virtutum coalitur: ſeptem graduū
templum aſcendit̄: Ezech. xl. d. ſeptima die requies acquirit̄:
ſeptem ſpirituū ſo/
cietas tribuitur. i
¶ Et paucos piſci
culos. ſ. timorem ⁊
amorem. Prim⁹ ca
pitur in aquis infer/
ni: De quibus Iob
xxiiij. c. Tranſibunt
ab aquiſ niuiū ad ca
lorē nimiū. Secun/
dus i flumine para/
diſi: De quo Apoc. Al. †virorum
xxij. a. Oſtendit mi/
hi fluuiū aquę viuę
ſplendidū tanq̄ȝ cry
ſtallum procedentē
de ſede dei ⁊ agni. A
Dicitur autē timor
piſciculus: quia hu/ Marci. 8. b.
miliat hoīeȝ. Amor Ioh. 6. d.
etiam dicitur piſcicu

i Et accipiēs ſeptem panes et
m piſces ⁊ grātias agens fręgit
n
o ⁊ dedit diſcipulis ſuis: et diſ/
p cipuli dederūt pplo: ⁊ cōme/
derūt omnes ⁊ ſaturati ſunt.
q Et qđ ſuperfuit de fragmen/
r tis tulerunt ſeptē ſportas ple
s nas. Erānt autem qui mādu/
cauerunt q̄ttuor milia†homi
t num: extra paruulos ⁊ mulie
v res. Et dimiſſā turba aſcen/
x dit in nauiculam: ⁊ venit in fi
nes magedan.
y T accesse/ ¶ Ca. XVI
runt ad eū phariſęi et

lus: quia paruus eſt in pręſenti ſtatu reſpectu futuri ſtatus.
Eſa. xxxi. d. Dixit dñs cuius ignis eſt in ſion: ⁊ camin⁹ eius
in hieruſalem. k ¶ Et pręcępit turbę vt diſcūberent
ſuper terram: vt noretur conſtātia in contemptu mundi.
l ¶ Et accipiens ſeptem panes ⁊ piſces. Primo eni
faciebat/⁊ poſt docebat. Act. j. a. Cępit ieſus facere ⁊ doce/
re. ij. Theſſal. iij. b. Vt noſmetipſos formā daremus vobis
ad imitandum. Glo. Amb. Magis ſuadent opera q̄ȝ verba.
m ¶ Et gratias agens fręgit: aperiēdo ſacram ſcripturā.
Apoc. v. b. Vicit leo de tribu iuda ⁊c. n ¶ Et dedit diſci
pulis ſuis. Hiere. j. b. Ecce dedi verba mea in ore tuo.
o ¶ Et diſcipuli dederunt populo: non vendiderunt.
p ¶ Et comederunt omnes ⁊ ſaturati ſunt: vt. ſ. Io/
hel. ij. f. Implebunt̄ areę frumēto: ⁊ redūdabūt torcularia vi
no ⁊ oleo. q ¶ Et qđ ſupfuit de fragmētis. Fragmenta
ſunt cōſilia: quę catelli: id eſt humiles edūt. Vel ſubtiles ſen/
tentię. r ¶ Tulerunt ſeptem ſportas plenas. Chryſ.
Quare ſupra cophini duodecim ſupfuerūt vbi plures man/
ducauerunt: Forte ſportę cophinis ſunt maiores. Item diſ/
ferētia memoriā erigit: vt recordentur ⁊ illius miraculi ⁊ iſti/
us: ideo tunc diſcipulos ęquales cophinis facit: nunc autem
panibus ſportas. s ¶ Erant autem qui manducaue/
runt quattuor milia hominū: propter quattuor vir/
tutes pncipales: ꝓpter quattuor euangelia quibus credit̄: ꝓ/
pter quattuor partes mūdi. t ¶ Extra paruulos ⁊ mu/
lieres. i. exceptis paruulis ⁊ mulierib⁹. Amb. Non ocioſis
non in ciuitate ſynagogę vel ſęcularis dignitatis reſidentib⁹:
ſed inter deſerta chriſtū quęrētib⁹ cęleſtiſ gratię alimonia im/
pertitur. v ¶ Et dimiſſa turba aſcēdit in nauiculam.
Chryſ. Ita poſt refectionem intrauit nauigiū/tyrānidis fu/
git ſuſpicionem: Ioh. vj. b. x ¶ Et venit in fines mage/
dan. Ioh. xviij. a. Egreſſus eſt ieſus trans torrentē cedron
vbi erat hortus. i. triſtis męror. ¶ Expoſi. Capi. XVI
T acceſſerūt ad eum phariſęi ⁊c. Poſt refec/
tionem populi agit de refectione populoꝝ. Sūt aūt
hui⁹ capituli quattuor partes. Primo confutat pha
riſęos quęrentes ſignū de cęlo/occaſiōe prioris miraculi du/
ctos. Secundo inſtruit diſcipulos cauere ſibi ab hęreſi. Ter
tio fide diuinitatis ſuę paſcit eos. Quarto fide paſſionis: et
qꝛ in hac fide fūdatur eccleſia interſerit de fundatione ipſius
et clauibus. Dicit ergo: y ¶ Et acceſſerunt ad eū pha/
riſęi ⁊ ſaducei. Nota ꝙ accedit dñs ad hominē trib⁹ mo/ Dñs accedit ad
dis: et ſimiliter homo ad deum. Accedit eni dñs inſpirando. hoīem tribus
modis: et con/
uerſo.

i 5 Iob. ix. b. Si venerit

g Job.ix.b. Si venerit vel acceſſerit ad me non videbo eum: ⁊
ſi abierit non intelligam. Joh.iij.a. Spiritus vbi vult ſpirat
et neſcis vnde veniat vel quo vadat. Sic acceſſit ad iohan/
nem in vtero matris. ſ. quando audita ſalutatione marię/exul
tauit infans in vtero heliſabet: Luc. j.e. Item accedit deus
ad hominē eius ca/
pacitati ꝯdeſcenden
Ps.143. do. Ps. Inclina cę/
los tuos ⁊ deſcende.
Sic acceſſit ad da/
Luc.12.g. nielem: eius ſpiritū
ſuſcitādo vt ſuſannā
de morte liberaret:
Daniel.xiij.e. Itē
accedit a periculo li/
berando.iiij. Reg.
iiij.e. Surrexit heli/
ſeus ⁊ ſecut⁹ eſt eam
Marci.8.b. ⁊c. Sic acceſſit dn̄s
Luc.11.d. ad ſuſcitandū filiam
archiſynagogi: Lu/
cę.viij.f. Itē homo
accedit ad deū eius
inſpirationi acqeſcē/
do/credēdo ⁊ opādo.
Ps.33. Ps. Accedite ad eū
Marci.8.b. et illuīamini. Sic ac
Luc.12.a. ceſſit nathanael ad
ieſum: Joh.j.g. vel
nicodem⁹: Joh.iij.
a. Item accedit per
intelligentiā ⁊ ꝯtem/
Ps.63. platione aſcendēdo. Ps. Accedet homo ad cor altū. Sic ac/
ceſſit paulus ad deū in raptu.ij. Cor.xij.a. Item accedit pro
ſua ⁊ alioꝝ liberatione orādo.ſ.xv.c. Acceſſerūt ad eū turbę
multę habētes mutos ⁊c. Sic acceſſit ſunamitis ad pedes he
liſei orans pro filio.iiij. Reg.iiij.e. In primo acceſſu emor/
roiſſa.i.eccleſia ſanat ſiue peccatrix aīa: Luc. viij.f. In ſecū/
do cęcus illuminat: Joh.ix.b. In tertio ouis pdita reportat:
Luc.xv.a. Itē in pmo populus iſrael de egypto egreditur:
Exo.xij.e. In ſecūdo lex ſuſcipit: Exo.xx.b. In tertio terra
promiſſionis ingreditur: Joſue.iij.c. In primo incipit ho/
mo: in ſecūdo proficit: in tertio puenit.j. Cor.xv.b. Gratia
dei ſum id qḋ ſum: ⁊ grā eius ī me vacua nō fuit. a Tem/
ptantes: ꝯ legē. Deut.vj.c. Non temptabis ⁊c. Et Eccj.
xviij.c. Noli eſſe q̄ſi homo qui tēptat deū. b Et rogaue
rūt eū vt ſignū de celo oſtēderet eis: vt fulgura/ vel
pluuias/ vel hmōi. c At ille reſpōdēs ait eis. Cuius
cēt ira digna hęc īterrogatio: tn̄ philāthropos.i.amator ho/
minis nō iraſcit/ſed miſeret ⁊ miſeros vocat. Nec eni quęre/
bāt vt crederēt/ ſ; vt rephēderēt: alioq̄n eīn dediſſet. d Fa
cto veſpere dicitis ſerenum erit: rubicundum eſt
enim cęlum: et mane/facto. ſ. dicitis. e Hodie tem/
peſtas/erit: rutilat eni triſte celū. Faciem ergo celi
dijudicare noſtis.i.q̄litates futuras p pſentes. f Si/
gna aūt tempoꝝ nō poteſtis ſcire. Prim⁹ ⁊ ſecūdus ad
uent⁹ ſūt duo tempa: Uerbū eni grecū dualitatē notat. q.d.
ex ſignis ordinatis in elemētis dierū q̄litates cognoſcitis: ſ;
ſigna aduent⁹ mei ignoratis: cū lex ⁊ ꝓphete aduent⁹ mei in/
dicia p opa que gero teſtimoniū perhibeant. Allegorice.
Allegorice d Facto veſpe. Per veſperū ī quo celū rubicūdum eſt:
paſſio chriſti ſignificat ꝓprio ſanguine rubicūdati. Cañ.v.c.
Dilect⁹ me⁹ candidus ⁊ rubicūdus. Matutina ſerenitas ſig/
Ps.29. nificat gaudiū reſurrectiōis. Ps. Ad veſperū demorabit/fle
tus ⁊c. In tēpeſtate ſequēte mane/ ſignificat ſctōꝝ pſecutio.
Moraliter In triſti rutilatione/futurū iudiciū deſignat. Moralit. Ue
ſpera eſt ſenect⁹ hoīs: mane iuuent⁹. Eſa.xxxviij.c. De mane
vſq; ad veſperā finies me. Rubor eſt feruor charitatis: Sere
nitas/trāquillitas. Qn̄ vero in mane iuuētutis rubet/ſignum
eſt futurę tribulatiōis: ſed poſt tempeſtatē tribulatiōis ſequi
tur ſerenitas ꝯſolationis. Tob.iij.d. Non delectaris in pdi/
tionib⁹ nr̄is: q2 poſt tempeſtatē trāquillū facis: et poſt lachry
mationē ⁊ fletum exultationē infundis. Joh.xvj.d. Mūdus
gaudebit/ vos aūt ⁊c. Eccs.iij.a. Eſt tēpus flendi ⁊c. Chry/
ſoſtom⁹. Nec; ſuauia durabilia ſunt nec; triſtia. Sicut enim
qn̄q; eſt nox/qn̄q; dies/qn̄q; hyems/qn̄q; ęſtas: ita ⁊ nobis
qn̄q; eſt lęticia/qn̄q;
triſticia/qn̄q; ſanitas/
qn̄q; ęgritudo. Im/
poſſibile ē aliquē cō/ B
tinuo ī triſticia eſſe:
nec; eni ſufficit natu
ra. S; q2 ī lęticia vo
lum⁹ ſemp eſſe/ ꝓpt
hoc ęſtimam⁹ in tri/
ſticijs ſemp eſſe: Et
q2 bonoꝝ confeſtim
obliuiſcimur/ triſtiū
aūt ſemp rememora
mur. d Facto ve
ſpere ⁊c. q.d. ru/
borē celi ſerotinū ſi/
gnū futurę ſerenita/
tis/ matutinū ſignū
eſſe dicitis tempeſta
tis: cū de his non ſi/
tis edocti: ſigna au/
tem aduent⁹ mei de
q̄bus edocti eſtis nō
attenditis: Ideo h' Marci.8.c.
exemplo eos arguit
q̄s tn̄ de ſua paſſio/
ne ⁊ reſurrectiōe in/
ſtruit. g Generatio mala: q2 nō credit mihi. h Et
adultera: q2 errori gentiū adhęret. Hiere.ij.c. Duo mala
fecit popul⁹ me⁹ ⁊c. i Niſi ſignū ionę.i. qḋ ſignificatū
eſt in iona. ſ. mors chriſti/ ⁊ nō ei⁹ reſurrectio. Idē.ſ.xij.c. k
Obliti ſūt panes accipere: dulcedine veri panis illecti.
Phil.iij.c. Poſterioꝝ oblit⁹ ⁊c. l Et cauete a fermēto
phariſęoꝝ ⁊ ſaducęoꝝ. Fermētū phariſęoꝝ eſt legē dei
traditionib⁹ hominū poſtponere. Prędicare legem verbis
et factis impugnare. Dn̄m temptare/ nec operib⁹ vel dictis
eius credere. Fermentū herodis eſt adulteriū/homicidiū/te/
meritas iurādi/ſimulatio religionis. Chryſ. Quare nō dicit
manifeſte a doctrina: Nouerat eos oblitos eſſe/ ⁊ vult reme/
morari factoꝝ. m At illi cogitabāt int̄ ſe dicētes: q2
panes nō accępim⁹: quaſi hoc iō dic: q2 panes nō acce/
pimus: nec vult ꝙ de pane phariſęoꝝ accipiamus. n Sci/
ens aūt ieſus/ cogitationes eorum. Hiere.xvij.b. Ego
dn̄s ſcrutans cor ⁊c. o Dixit eis: q̄d cogitatis modi/
ce fidei ⁊c. Modice fidei dicit: quia ſpiritualis intellectus
de facto miraculo fidem non habuerunt: Uel quia timebant
de materialis panis inopia. p Nondum intelligitis/
ſpiritualiter miraculum. q Uenit autem ieſus: vt dn̄s
ad ſeruum liberandū: vt magiſter ad diſcipulū erudiendum:
vt ſponſus ad ſponſam fęcūdandam. r In partes cę/
ſarez philippi. Hęc primo dicta eſt dan: in qua vitulum
aureum poſuit hieroboam.iij. Reg.xij.g. Interlin. Quam
in honorem tyberij cęſaris philippus frater herodis extru/
xit. Iſte locus eſt vbi iordanis oritur ad radicem libani ex
ior et dan duobus fontibus: vt dicit Glo. Nota tn̄ ꝙ dicit
Hiero⁹ qui fuit in terra illa: et ſicut nouit/ dicit: ꝙ dan eſt no/
men oppidi trans iordanem: et ior nomen fontis iuxta illud
oppidum/vt ſint duę dictiones ior danis. Joſeph⁹ dicit eſſe
quendam lacum remotum a radice montis libani et in mo/
dum phialę rotundum et abſorbetur a terra et poſtea emer/
git ad radicem montis libani: qḋ inde compertum eſt: quia
abſorbetur a terra: poſitę ſunt palęę ſignatę et poſt ad radi/
cem montis vbi emerſerant inuentę. s Et interrogabat
diſcipulos ſuos dicens: quem dicunt. In hoc innu/
it ꝙ prelati de fide interrogati debent reſpondere.j. Pet.iij.
c. Eſtote parati omni poſcenti vos reddere rationem de ea q̄
g in vobis eſt fide

a et ſaducei tēmptantes: ⁊ ro/
b gauerunt eum vt ſignū de cę/
c lo oſtenderet eis. At illē re/
d ſpōdēs/ait eis: Facto veſpe/
re/dicitis ſerenū erit: rubicū/
dum eſt enim cęlum: et ma/
e ne/ hodie tempeſtas: rutilat
enim triſte cęlum. Faciem er/
go cęli dijudicare noſtis: ſig/
f nā aūt tēpoꝝ nō poteſtis ſcire.
g Generatio mala ēt adultera
h ſignum quęrit/ ⁊ ſignū nō da/
i bitur ei niſi ſignum ionę pro/
phetę. Et relictis illis abijt.
Et cum veniſſent diſcipuli ei⁹
k trans fretū/ ōbliti ſunt panes
accipere. Qui dixit illis: In/
l tuemini et cāuete a fermento
phariſęorum ⁊ ſaduceorum.
m At illi cōgitabant inter ſe/di/
centes: quia panes non ac/
n cępimus. Sciēns aūt ieſus/
o dixit ēis: Quid cogitatis in/
ter vos modice fidei: quia pa
p nes non habetis: Nōndū in/
telligitis/ nec; recordamini
quinq; panum in q̄nq; milia
hominū: ⁊ quot cophinos ſū/
pſiſtis: Nec; ſeptem panum
in quattuor milia hominū et
quot ſportas ſūpſiſtis. Quare
non intelligitis: quia non de
pane dixi vobis: cauete a fer/
mento phariſęorū ⁊ ſaduceo/
rum. Tunc intellexerūt/ quia
non dixerit cauendum a fer/
mento panum: ſed a doctri/
na phariſęorum et ſaduceo/
q rum. Uēnit autē ieſus in pār/
r
s tes cęſarez philippi: ēt inter/

i vobis ē fide ⁊ ſpe. Malach. ij. b. Labia ſacerdotꝭ cuſtodiūt ſciētiā. Iō habet eṗs q̄ſi duas lingulas in mitra/ vt ſciat. ſ. nouū ⁊ vetus teſtamētū. a Que dicūt hoīes. i. de chriſto carnalit̄ loquētes q̄ſi de puro hoīe: b Filiū hoīs. Gen. xv. c. In quarta generatione reuertēt̄ huc. s. xj. d. Diſcite a me. c At illi dixerūt: alij iohānē baptiſtā: ſicut herodes. s. xiiij. a. et Marc. vj. b. Iohānē quē ego decollaui ſurrexit a mortuis. d Alij autē heliā: De q̄ Malach. iiij. b. e Alij vero hieremiā: Ioh. vij. b. Murmur multus erat de illo ī turba: q̄dā em̄ dicebāt: q̄ bon⁹ eſt: alij vero dicebāt nō: ſed ſeducit turbas. Hiere. xv. c. Ve mi

C

Ioh. 6. g.

rogabat diſcipulos ſuos/ di-
a cens: Quem dicunt homineſ
b eſſe filium hominis: At illi di
c xerunt: Alij iohannem bapti
d e ſtam: alij autem heliam: alij
f vero hieremiam: aut vnum ex
prophetis. Dicit illis ieſus:
g h Vos autem quem me eſſe di-
citis: Reſpondens ſimon pe
i trus dixit: Tu es chriſtus fili⁹
k dei viui. Reſpondens autem
l ieſus dixit ei: Beatus es ſi-
m mō bariona: quia caro ⁊ ſan-
n guiſ nō reuelauit tibi: ſed pat
o meus qui in celis eſt. Et ego
dico tibi: quia tu es petrus et
p ſuper hanc petram edificabo
q eccleſiam meam/ ⁊ porte infe-
ri non preualebunt aduerſus
r eam. Et tibi dabo claues reg-
s t ni celorum. Et q̄ocūq̄ liga-
v ueris ſuper terram/ erit ligatū
x et in celis: ⁊ q̄ocūq̄ ſolueriſ
z ſup terrā/ erit ſolutū ⁊ in celiſ.

bi mater mea: q̄re genuiſti me virū rixe/ virū diſcordie in vniuerſa terra: f Aut vnū ex ꝓphetꝭ. i. heliſeū: quia ſicut helias iordanē tranſiuit ſicco veſtigio in ſignū veſtigij: ⁊ iohannes baptiçauit ⁊ audierūt meſſiā baptiçatū. g Dicit illis ieſus: vos aūt/ diſcreti ⁊ nō de mūdo: h Quē me eē dicitꝭ: Rn̄dēs ſimō petr⁹ dixit. Chryſ. Sup. xiiij. d. in nauicula dixerūt: Vere fili⁹ dei es: ⁊ tn̄ nō ſunt b̄tificati: nō eni talē ꝯfeſſi ſunt filiationē. Itē Ioh. j. g. dixit nathanael: Rabbi tu es fili⁹ dei: ⁊ nō ſolū nō eſt b̄tificat⁹/ ſed etiā redargut⁹: Iſte b̄tificat̄ q̄ ꝓprie eū ꝯfeſſus ē. Et ne putes petꝝ adulari: pater traducit̄ reuelator. i Tu es chriſt⁹ filius dei viui. Ecce cognitionē fidei ſequit̄ ꝯfeſſio. Roma. x. b. Corde credit̄ ⁊c̄. Iō aūt vn⁹ rn̄det ⁊ vni rn̄det: vt vnitas in oīb⁹ obſeruet̄. Viui/ dicit ad differētiā falſoꝝ deoꝝ q̄ nō viuunt. k Rn̄dēs aūt ieſus dixit ei. In petro omnib⁹ rn̄det. l B̄tūs es ſimon bariona: Fili⁹ colūbe ſyriace: que lingua affinis ē hebree. m Quia caro ⁊ ſanguis nō reuelauit tibi. j. Cor. xv. f. Caro ⁊ ſanguis regnū dei nō poſſidebūt. Eccl. xvij. d. Quid nequi⁹ q̄ꝫ q̄ꝺ excogitauit caro ⁊ ſanguis: n Sed pater me⁹ q̄ in celis ē. Phil. iij. c. Si q̄d aūt ſapitis ⁊ h̄ de⁹ vobis reuelauit. o Et ego dico tibi: q̄ tu es petr⁹: nō vocaberis ſ̄ es. Et h̄ ē argumentū pro eis q̄ dicūt q̄ modo imponit̄: ſed meli⁹ d̄r/ q̄ innouat. Vn̄ Marc. iij. b. Et impoſuit ſimoni nomen petrus: Ibi eni imponit: hic ꝯfirmat. Sed ꝯ. Hiero⁹. Hic ex ꝯfeſſione ſortit̄ vocabulū. Reſponſio. i. vocabuli ꝯfirmationē. s. x. a. Qui dicit̄ petrus. Glo. ṗm⁹ ſcribit̄. Hiero⁹ in fine illi⁹ dic: Idē ē latine ⁊ grece petr⁹: q̄ꝺ ſyriace cephas: nomē a petra deriuatū q̄ ē chriſt⁹. Itē Hiero⁹ ſup ep̄lam ad Gal. Hebrei et greci cephā vocāt petrū. p Et ſup hāc petrā. i. ſup h̄ fundamētū. j. Cor. x. a. Petra aūt erat chriſt⁹. Eiuſdē. iij. c. Fūdamētū aliud nemo pōt ponere p̄ter id q̄ꝺ poſitū ē: q̄ꝺ ē chriſtus ieſus. Sup hāc petrā. i. fidei firmitatē. Eſa. xxviij. d. Ecce mittā in fundamētꝭ ſion lapidē: lapidē ꝓbatū ⁊c̄. q Et porte iferi ⁊c̄. Porte pluralit̄: q̄ varia p̄ctā. Porte celi de celo: porte iferi de inferno. Thren. ij. c. Defixe ſūt ī terra porte ei⁹. Dn̄s infernū fecit murū ex mādatis ⁊ laborib⁹ et ſumptib⁹ ⁊ alijs difficultatib⁹ ad peccādū: ſed p̄ctōr facit portā. Oſee. ij. b. Sepiā viā tuā ſpinis ⁊ ſepiā eam maceria: cum multo labore ⁊ expenſis: et heret q̄nq̄ꝫ porte diu: q̄ſi infern⁹ ei ſit refrigeriū dom⁹: nec patit̄ ide ſe euelli. He porte lapidib⁹ bonoꝝ operū ⁊ cemēto lachrymarum: ⁊ ſpinis aſpere penitētie ſūt obſtruēde. Sed q̄dā obſtruūt feſtucis. Ioſue. x. d. Voluite ſaxa ingētia ad os ſpelūce. Abacuk. j. c. Ipſe ſup omnē munitionem ridebit. Hiero⁹. Sed ⁊ praua infidelium opa ineptaq̄ꝫ colloquia porte vtiq̄ꝫ ſūt inferi/ inq̄ātū ſuis vl̄ auctorib⁹ vel ſeq̄cib⁹ iter ꝑditionis oſtēdūt. r Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Claues ſunt potētia ⁊ ſcientia diſcernendi qua dignos recipere ⁊ indignos excludere debet a regno. Et idem habetur Ioh. xx. e. Quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c̄. Glo. duabus clauib⁹. ſ. diſcretionis ⁊ poteſtatis. He ſūt ſignificate per claues oſtiarioꝝ templi qui immūdos abijciebāt s Et q̄ꝺcūq̄ꝫ ligaueris ſuper terram erit ligatū ⁊ in celis. Senſus ē: Quodcunq̄ꝫ ſup terrā: id eſt dum viuit. t Ligaueris/ eliminando ab eccleſia. v Ligatū erit et in celis. i. vniuerſe eccleſie q̄bus notum erit vitabūt eū. Vel Ligatū erit in celis. i. celeſtis ſententia ꝯfirmabit q̄ eum p̄ſens eccleſia vitet. x Et q̄ꝺcūq̄ꝫ ſuper terrā/ dum vixeris: y Solueris/ ab excōmunicatione recōciliādo. z Erit ſolutū ⁊ in celis. i. eccleſie que h̄ ſcient cōmunicabūt ei. Vel/ Solutū erit ⁊ in celis: q̄ celeſtis ſententia ꝯfirmabit vt a p̄ſenti eccleſia recipiat̄. Nota aūt q̄ eſt multiplex vinculū peccati. Et ſumit̄ hec diſtinctio ex tractatu magiſtri Hugonis. Eſt eni q̄ꝺdā vinculū culpe: et eſt q̄ꝺdam vinculum pene. Primū eſt vinculū captiuitatꝭ quo quis tenetur vt fugere non poſſit: prout dicitur/ q̄ homo eſt ſpirit⁹ vadens ⁊ non rediens. Secūdū eſt vinculū ſeruitutis: quo compellitur reddere vſuras diabolo. De quib⁹. Ex vſuris ⁊ iniq̄tate redimet animas eoꝝ. Tertiū eſt vinculum eterne dānatiōis. Quartū eſt vinculū expiatiōis. Quintū eſt vinculū perpetue deteſtatiōis. Sextum eſt vinculum pronitatis ad male operandū: vel difficultatis ad bene operandū. Dicit̄ ergo q̄ dn̄s cū dimittit culpā in ꝯtritione/ ſoluit a vinculo captiuitatis ⁊ ſeruitutis abſolute: ſed a vinculo eterne damnationis ꝯditionalit̄: vt. ſ. digne confiteat̄ ſi facultatem habet: aliter non abſoluit ab illo vinculo. Cum autem abſoluit a vinculo eterne damnatiōis/ tenet̄ tn̄ ad vinculū expiationis per penitentiam ſibi iniunctam. Vnde dicit magiſter Hugo q̄ de⁹ ⁊ ſacerdos obligāt: ⁊ vterq̄ꝫ ſoluit. Sed in opere dei abſolutio eſt cauſa obligationis: in opere ſacerdotꝭ econuerſo. Hinc eſt q̄ cum ad petrum dicitur: Q̄ꝺcunq̄ꝫ ſolueris ſup terrā ꝑmittit̄: q̄ꝺcūq̄ꝫ ligaueris. Preterea penitēs de mortali peccato ligatur ad vinculum deteſtationis perpetue: abſoluitur autem a vinculo pronitatis ad male operandum vel difficultatis ad bene operandum per exercitiū operis gratie: in quo confertur virtus conſuetudinalis. Per iam dicta patet q̄ dimiſſio reatus pene eterne eſt a deo: ſed propter vinculum expiationis ad q̄ꝺ tenetur ſiue confeſſionis a q̄ abſoluitur ſuſcepta penitentia ex vi clauium/ a ſacerdote dicitur dimitti a deo per miniſtrum. Et hec eſt cauſa quare quidam dixerunt q̄ deus per ſacerdotes dimittit reatum pene eterne: nō quin reatus pene eterne eſſet ſimpliciter/ ſed a deo dimiſſus. Item triplici modo membrum chriſti eſſe ſolemus. Predeſtinatione/ preparatione/ compagione. Predeſtinatione: quando aliquis ad vitam diuinitus predeſtinatur. Preparatione: quando paganus vel falſus chriſtianus veraciter compungitur ⁊ ad veritatem ⁊ ad charitatem imbuitur. Compagione: quando ille per corporis abſolutionē iſte per ſacerdotis abſolutionem eccleſie chriſti conſociatur. Primū agitur propoſito diuine voluntatis. Secundū propoſito proprie deliberationis. Tertium officio ſacerdotis. Sic de ſilua lignum eligitur vt ī edificio ponatur: poſtea dolatur/ ⁊ ad modum formamq̄ꝫ propriam dolando preparat̄: ad vltimū edificatiōi connectitur. Item. Quodcunq̄ꝫ ligaueris. Tripliciter exponitur ſm̄ triplex gen⁹ ligationis.

19. diſ. c. ita dn̄s. et. 21. diſ. c. in nouo et. c. Quis.

Multiplex vinculum peccati.

Ps̄. 77.

Ps̄. 71.

Triplex genus ligationis.

 Ligat̄ eni p̄ctōr

a Tūc p̄cepit diſcipulis ſuis vt
b nemini dicerēt/ qꝛ ipē eēt ieſus
c chriſtus. Exinde cepit ieſus
oſtendere diſcipulis ſuis: qꝛ
d oporteret eū ire hieroſolymā:
e ꝛ multa pati a ſenioꝛib⁹ ꝛ ſcrib
f
g et pꝛincipib⁹ ſacerdotū: ꝛ oc/
cidi ꝛ tertia die reſurgere. Et
h
i aſſumēs eū petr⁹/ cepit incre/
k pare illū/ dicens: Abſit a te
l
m dñe: nō erit tibi h̄. Qui con/
uerſus dixit petro: Uade p⁹
n me ſathana: ſcandalū es mi/
o hi: qꝛ nō ſapis ea q̄ dei ſunt: ſ
p ea q̄ hominū. Tunc ieſus di/
q xit diſcipulis ſuis: Si q̄s vult
r poſt me venire abneget ſemet
s
t ipſū: ꝛ tollat crucē ſuā et ſeq̄t
v me. Qui eni voluerit aīaꝫ ſuā
x ſaluam facere/ perdet eam.

☙ Ligat eni peccatoꝛ vinculo culpe: quādo peccat. Ligat etiā vinculo pene: cuius debitoꝛ efficitur. Poſtea ligatur iniūcta ſatiſfactione vinculo penitētie. Uinculo culpe ꝛ pene debite non poteſt eum ſacerdos ligare vel ſoluere: ſed tm̄ ligatū vel abſolutū oſtendere. Sicut ſacerdos leuiticus non faciebat vel mūdabat lepꝛoſum/ ſed tm̄ infectū vel mūdum oſtendebat. Ligatum oſtēdit ad penitentiaꝫ non admittēdo: ſolutum/ ſatiſfactionē iniungēdo: et ſic ligando ſolutū oſtendit. Item ſacerdos poteſt ligare et

B

Marci.8.d. ſoluere penitentiam iniūgendo grandem relaxādo. Item ſacerdos poteſt ligare et ſoluere excōmunicādo ꝛ ab eadem excōmunicatione abſoluēdo. Una Glo. exponit de oſtenſione: alia de pene iniūctione: tertia de excommunicatiōe. a ❡ Tūc p̄cepit diſcipulis ſuis. ſ. in fide/ et cōtra tribulationē ꝯfirmatis. b ❡ Et nemini diceret qꝛ ipſe eſſet ieſus chriſt⁹. Amb. Iubet taceri ꝙ ſit fili⁹ dei: vt fallat pn̄cipem mūdi: vt declinet iactātiā: et vt doceat humilitatē: ꝛ ne adhuc rudes ꝛ ipfecti diſcipuli maioꝛis p̄dicatiōis mole oppꝛimerent. c ❡ Exinde cepit ieſus oſtēdere diſcipulis ſuis: nō oīb⁹ ſ pfectioꝛib⁹: qꝛ nō īfirmis q̄ abierūt retro/ nec foꝛte iude. d ❡ Quia opoꝛteret eū ire hieroſolymā: vt meli⁹ tenerēt diſcipuli p̄ceptū dñi. Cepit eni ieſus oſtendere paſſionis articulū ꝛ gloꝛiam reſurrectiōis: ne hoꝛreant moꝛtis periculū. Aug⁹. Sapientia dei hominē ad exemplū quo recte viuerem⁹ ſuſcepit. Pertinet aūt ad vitam rectam/ ea que non ſunt metuēda non metuere: moꝛs autē nō eſt metuēda. Opoꝛtuit ergo idipſū hominis qd̄ dei ſapiētia ſuſcepit moꝛi. Sunt aūt hoīes qui ꝗuis moꝛtem ipſam non metuant: genus tm̄ aliqd̄ moꝛtis hoꝛreſcūt. Nihilominus tm̄ vt ipſa moꝛs: ita nullū genus moꝛtis bono ꝛ recte viuenti ē metuendū. Nihilomin⁹ ergo hoc quoqꝫ illi⁹ hoīs fuit: nihil eni erat iter oīa genera moꝛtis illo genere execrabili⁹ ꝛ foꝛmidoloſius. Ideoqꝫ venit dñs in carne: vt ſpem reſurgendi nobis oſtenderet: qd̄ autem non poterat fieri niſi carnem indueret moꝛtalem: deus eni moꝛi nō poterat. e ❡ Et multa pati: Ecce via eundi ad hieruſalem. Act⁹. xiiij. d. Per multas tribulationes ꝛc. Luc⁹. vlt⁹. d. Nonne opoꝛtuit chꝛiſtum pati.

Pſ.109. Pſ. De toꝛrente in via bibet. q. d. debetis clauem habere in humero/ ſicut ego qui pꝛo vobis ponere volo animam meā. Eſa. xxij. f. Dabo clauem domus dauid ſuper humerū eius. Hoc autem eis dicit: ne de poteſtate ſuperbiant. q. d. ibi eſt honoꝛ/ ſed et onus. f ❡ A ſenioꝛibus ꝛ ſcribis ꝛ pꝛincipib⁹ ſacerdotū. Hiere. v. a. Ibo ad optimates et loq̄r eis: Ipſi em̄ cognouerūt viā dñi ꝛ iudicium dei ſui: Et ecce magis hi cōfregerūt iugū/ ruperūt vincula. Hiere. xij. b. Facta ē mihi hereditas mea q̄ſi leo ī ſilua: dedit ꝯ me vocē. g ❡ Et occidi ꝛ tertia die reſurgere. Oſee. vj. a. Uiuificabit nos poſt duos dies ꝛ tertia die ſuſcitabit nos ꝛ viuem⁹ ī ꝯſpectu ei⁹. Prim⁹ dies q̄ ieſus interficit/ ē dies culpe. Secūd⁹ q̄ ſepelit ē dies placētie. Terti⁹ dies q̄ reſurrexit/ ē dies penitētie. Chꝛyſoſtom⁹. Si ī p̄lijs ſenſibilib⁹ qui pꝛeparat⁹ ē ad occiſionem/ ſtrenuioꝛ eſt vel pꝛobioꝛ et hoſtib⁹ terribilioꝛ/ ꝗuis eum rex non poſſit ſuſcitare poſt moꝛtē ſub quo militat: multo magis in his pꝛelijs quādo ꝛ reſurrectionis tanta ſpes ē. h ❡ Et aſſumens eum petrus/ ſeoꝛſim: ne coꝛam alijs magiſtrum arguat. i ❡ Cepit increpare illum/ ex amoꝛe. k ❡ Dicens: abſit a te dñe. Tullius de amicitia. Nec eni vt ad fabulas redeam: Troiam neoptolemus capere potuiſſet: ſi lycomedem apud quem nutritus fuerat multis cum lachꝛymis iter ſuum impedire volentem audire voluiſſet. Hoc eſt conſilium dauid ad vꝛiam. ij. Reg⁹. xj. b. Uade in domum tuam ꝛ laua pedes tuos. l ❡ Non erit tibi hoc: vt patiaris.

Hiero⁹ dicit/ ꝙ ī greco habet: Pꝛopitius ſis tibi dñe: qd̄ melius eſt. m ❡ Qui ꝯuerſus dixit petro: vade poſt me ſathana. Hiero⁹. Multi putāt ꝙ petr⁹ nō ſit coꝛrept⁹ ſ malign⁹ ſpiritus q̄ hec dicere apl̄m ſuggerebat: Sed mihi hic erroꝛ apoſtolicus de pietatis affectu veniens nūqꝫ incentiuū diaboli videbitur. Hoc ſatis etiaꝫ pōt perpendi per verba cū dicit dñs: Uade poſt me: Hoc eni nō dixiſſet diabolo. Dixit aūt h̄ v̄ba petr⁹ ex nimio feruoꝛe: qꝛ non poterat de paſ/ Marci.8.d.
ſione ei⁹ audire. Ut Luce.9.c.
foꝛte h̄ dixit ex ꝑturbatione mētis: ſicut amicus audito grandi malo amici: dicit: Nunq̄d h̄ erit? Itē Chꝛyſ. Qui reuelationē accepit: q̄ btificat⁹ eſt/ ita cito cecidit: qd̄ fili⁹ dei eſt didicerat: qd̄ crucis ē ꝛ reſurrectionis non nouerat. Si petrus ſathanas vocatus eſt: quid patient qui poſtea infirmi ſūt in myſterio crucis? Et non dixit: ſathanas locut⁹ ē ꝑ te: Eteni deſideriū diaboli erat non pati chꝛiſtum. q. d. tu eſtimas idignū eſſe pati: ego dico cōſiliū eſſe nō pati. n ❡ Scandalū es mihi. i. cauſa offenſiōis. Et dicit h̄ petrus ſathanas: qꝛ aduerſat dño: ſed ex amoꝛe ꝛ zelo. Diabolus. ꝫ. iiij. b. qꝛ aduerſat dño ꝛ ſuis ex malicia ꝛ odio. Et nota ꝙ nō ideo repellit petr⁹/ ſed ſeq̄ iubet. o ❡ Quia nō ſapis ea q̄ dei ſunt: ſed ea q̄ hominū/ carnaliū. Cōtra illud Col⁹. iij. a. Que ſurſum ſunt ſapite: nō que ſuper terram. p ❡ Tunc ieſus dixit diſcipulis ſuis. Chꝛyſ. Tunc q̄n petrus audierat: vade. q. d. non ſolum noli pꝛohibere paſſiones: quia etiā opoꝛtet te eas ſubire ſi vis ſaluari. Unde ſubiungit: q ❡ Sed quis vult poſt me venire. Chꝛyſ. Si quis aurum daret aut theſaurum pꝛeponeret non vocaret cū violentia/ ſed omnes currerēt homines: multo magis q̄ ſunt ꝓmouentia in celum. Si enim natura non perſuadet tibi currere neqꝫ dignus es accipere/ ideo non rogo: ſed ſi quis vult venire/ hunc voco. r ❡ Abneget ſemetipſum: ſenſū/ affectum/ et intellectum. j. Coꝛ⁹. x. Chꝛyſ. Non dixit neget: ſed abneget: parua hac adiectione multam oſtendēs ſupabūdantiam. Uſqꝫ ad quantū opoꝛtet abnegare ſe? Uſqꝫ ad moꝛtem exꝓbꝛabiliſſimā tollat crucē. Chꝛyſ. Nullus verecūdetur crucem: circumferamus eam vt coꝛonam. Etenim omnia que ſm̄ nos ſunt per crucem perficiētur: ꝛegum cōſecra/ Al. regnū
tio: pꝛopter hoc in domo/ in ianuis ꝛ in fronte ſcribam⁹ eam. Quādo igitur ſuggillaris/ excogita cauſam ꝛ conditionē crucis. j. Coꝛ⁹. vj. d. Empti eſtis pꝛecio magno. Precium crucem dixit. Nec ſimpliciter eam digito inſignire opoꝛtet: ſed pꝛius cum multa fide. Si ita īſignitueris viſui tuo/ null⁹ pꝛope ſtare poterit demonum/ videns enſem in quo plagam accepit. Si enim loca hoꝛreſcimus in quibus inciduntur damnati/ excogitare debemus qualiter videns diabolus arma q̄bus caput ei⁹ abſcidit. Crux demones nō terribiles/ ſed cōtemptibiles facit. s ❡ Et tollat crucem ſuam: non meam: ne putes chꝛiſti crucem ſufficere ſine tua. Grego⁹. Crux tollitur: vel cum per abſtinentiam coꝛpus: vel cum per compaſſionem pꝛoximi animus affligitur. Item cum ſanguis effunditur. t ❡ Et ſequatur me. Chꝛyſ. Latrones ꝛ ſepulchꝛoꝝ violatoꝛes multa difficilia patiunt: ideo cauſam adducit vt ꝓpt eum ſuſtineas. Itē vt alias v̄tutes adducas: ideo dicit/ ſequat me: vt nō ſolū foꝛtitudinē q̄ ē in malis: ſed ꝛ ſobꝛietatē ꝛ māſuetudinē ꝛ oēm oñdat phiam. Hoc em̄ ē ſeq̄ vt opoꝛtet. Sūt eni qui diabolū ſequunt ꝛ aīas tradūt ꝓpt ipſum: vos aūt ꝓpter chꝛiſtū magis aut ꝓpter vos. v ❡ Qui eni voluerit aīam ſuā. i. vitā ſuā pꝛeſentē ſiue ſenſualitatē/ ſaluā facere. x ❡ Perdet eā. i. vitā vl' aīam ꝓpꝛie. Et ē ſimplex relatio. Uel ſic: Perdet: id eſt perditioni exponet/ ꝛ ꝑſecutioni. Act⁹. xiiij. d. Per multas tribulatiōes opoꝛtet ꝛc.

☙ Qui aūt perdiderit

a Qui aūt ꝑdiderit animā ſuam/ hic: b Propter me:non ꝓpter aliud. c Inueniet eam/in futuro: vel etiā in pſenti. Tempore eni ꝑſecutionis inuenit homo cor ſuū. ij. Reg. vij. d. Inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt adoraret te. d Quid eni ꝓdeſt hoi ſi mūdū vniuerſū lucretur aīe vero ſue detrimentū patiat̄: emollit᷒ per proſpa: e Aut quā dabit hō cōmutationē pro aīa ſua: Eſt cōmutatio retributionis: et eſt cōmutatio redēptiōis. Pro aīa ſaluata. Pſ. Calicē ſalutarꝭ accipiā. Pro aīa dānata: nihil. i. quā retributionem poteſt ſoluēdo dare pro aīa ſua redempta: Certe non ſunt ꝯdigne paſſiōes ꝛc. Roma. viij. d.

De ſimo. c. mattheus

Pſ. 115.

Roma. 8. a.
Marci. 9. a.
Luc. 9. d.

a Qui aūt ꝑdiderit aīam ſuam
b ꝓpt̄ me/inueniet eā. Quid
d eni prodeſt homini ſi mundū
vniuerſum lucret̄: anime vo
e ſue detrimētū patiatur: Aut
quā dabit homo cōmutatio-
f nem pro anima ſua: Filius
g enim hois venturus eſt i glo-
ria patris ſui cū angelis ſuis:
h et tūc reddet vnicuiqꝫ ſm ope
i ra ei᷒. Amen dico vobis: ſūt
quidam de hic ſtantib᷒ q̄ non
k guſtabunt mortem/donec vi-
deant filiū hois venientem in
regno ſuo. Capi. XVII.
l m Et poſt dies ſex aſſum
pſit ieſus petrū ꝛ iaco
bum ꝛ iohannem fra-
n trem eius: et duxit illos in
o montem excelſum ſeorſum:
p et trānſfiguratus ē ante eos.
q Et reſplenduit facies eius ſi-
r s cut ſol: veſtimenta autem
eius facta ſunt alba ſicut nix.

Aut ꝓ aīa ꝑdita in inferno: Si eni daret̄ ꝓ ea tot᷒ mūdus nō liberaret̄. Rab. Quaſi non aliā dabit cōmutationē q̄ꝫ predictum eſt. ſ. vt ponat aīam: Calicē ſalutaris accipiā. Vel nihil terrenū poterit hō pro aīa dare. Prouerb. xj. a. Nō ꝓderūt diuitie in die vltionis. f Fili᷒ eni hois. Hiero᷒. Noli timere q2 triſtib᷒ leta ſuccedūt. q. d. times mortē: audi gloriam triūphātis. g Ventur᷒ eſt i gloria pris ſui cū angel̄ ſuis: q prius venit humilis/oſtendēs ſigna humilitatis ꝛ infirmitat̄. Chryſ. Ego ſemꝑ horreſco h audiēs. h Et tūc reddet vnicuiqꝫ ſm opa ei᷒. Apoc. xiiij. c. Opa eni illorū ſequunt̄ illos. Sap. vj. a. Virt᷒ ab altiſſimo interrogabit opa nr̄a: ꝛ cogitatiōes ſcrutabit̄. i Amē dico vob. Quia dixerat nullam cōmutationē poſſe dari ꝓ aīa/ſubdit ꝯſolationē. Conſolat̄ eni ꝯtra timorē paſſiōis: ibi: Tūc reddet. Cōtra tediū dilatiōis: ibi: Amē dico vobis ſūt q̄dam de hic ſtantib᷒ q̄ nō guſtabūt mortē. ſ. tpalē que eſt q̄ſi q̄dam guſtus reſpectu eterne. k Donec videāt filiū hois veniētē in regno ſuo. i. in claritate quā habitur᷒ eſt in regno: q2 ſtatim oſtēdit eis eam in trāſmigratiōe. Vel h dixit quantū ad iohannem qui plus alijs vixit/ꝛ vidit eccleſiā dilatatā. Vñ i regno. i. i eccleſia dilatata regnātē. Nota q̄ ē regnū/celū/vita eterna/pſens eccleſia/ claritas quā habitur᷒ erat chriſtus.

## Expoſitio Capituli. XVII

Et poſt dies ſex ꝛc. In hoc capitulo agitur de fide ꝛ effectu fidei. Et primo de trāſitu paſſionis ad gloriā innuit. Scdo infidelitatꝭ ad fidē vl̄ culpe i gratiā. Tertio mortis in reſurrectionē. Quarto ſcādali alioꝝ ad pacem. Dicit ḡ: l Et poſt dies ſex. Idē dicit Marcus ix. a. Sed Lucas. ix. d. ponit octo dies. Sed Lucas ponit p̄mū in q̄ ꝓmiſit/ ꝛ extremū quo cōpleuit: Matthe᷒ ꝛ Marcus/medios. m Aſſumpſit ieſus petrū ꝛ iacobū ꝛ iohannē fratrē eius. Cōtra. Amb. ſuꝑ Lucā. ix. Qui p̄m᷒ inter apl̄os ſoliū ſacerdotale accepit: Et ita fuit iacobus alphei. Idē videt̄ ſentire Aug᷒ ſuꝑ epl̄am ad Gal̄. Sol̄. Qui p̄mus inter apl̄os/hoc dicit ad differētiā ſtephani. Soliū ſacerdotale. i. ſoliū veri ſacer dotis. ſ. celū in quo ē chriſt᷒ ſacerdos interpellās pro nobis. Nō autē dicit Aug᷒/opinio eſt. Chryſ. Quare iſtos pre ceteris elegit: Propt̄ preeminētiā quā habebāt. Itē nō fuit inuidus Matthe᷒ qui iſtos ſcripſit ſibi ꝑlatos: quilibet eni inter illos alteri᷒ gloriā diligebat. n Et duxit illos in montē excelſū. i. vitā eternā. Exo. xv. c. Introduces eos ꝛ plātabis eos i monte hereditat̄ tue. o Seorſū/a ſtrepitu mūdi. ſ. xiiij. c. dimiſſis turbis / apoſtolis parabolas aperit. p Et trāſfigurat᷒ ē ante eos. Ioh. xiiij. c. Qui diligit me diliget̄ a pre meo: ꝛ manifeſtabo illi meipſū. q Et reſplēduit facies eius. i. diuinitas. Exo. xxxiij. d. Videbis poſteriora mea. i. humanitatē meā: faciē aūt meā videre nō poteris. i. diuinitatē. r Sic ſol. Chryſ. Tātū ſplendoris adaperuit: quantū poterant ferre. s Veſtimēta aūt ei᷒ facta ſūt alba ſic nix. Veſtimēta/humanitas chriſti q̄bus indut᷒ iacob bñdicit̄ a pre. Et ſicut ſolis ſplendor in infinitū ſplendorē niuis excedit: ita ſplendor deitatꝭ ſplēdorē humanitatꝭ. Bern. Qui veſtit᷒ in terra deſpectus/in monte refulget. Nota autē q̄ in hac trāſfiguratiōe ſignificat̄ trāſfiguratio corꝑis myſtici. Facies ſūt clerici: q2 ſicut ꝑ faciē cognoſcitur homo: ſic ꝑ clericos debet cognoſci chriſt᷒. Preterea in nulla parte corꝑis ita indecēs ē macula ſicut i facie: Leuitꝭ. xxj. d. Qui habuerit maculā nō offerat panes deo ſuo. Hec facies debet trāſfigurari i ſolem. Vñ Apoc. j. d. Facies ei᷒ ſicut ſol lucet in virtute ſua. i. in meridie q̄ſi calet ꝛ lucet: Sic debent lucere ꝑ ſcientiā: ardere ꝑ amorē. Eccꝭ. xiij. d. Cor hois imutat faciē illius/ ſiue in bona ſiue in mala. Prouerb. xv. b. Cor gaudēs exhilarat faciē. Per veſtimēta laici. Eſa. xlix. e. Viuo ego dicit dñs: q2 oib᷒ his velut ornamēto veſtieris. Et debēt conſui vnitate fidei ꝛ charitatis. Quicūqꝫ ḡ ſe vel aliū ſeꝑat a deo/dilacerat veſtē ſuā. Hec veſtis debet ſe coaptare chriſto ꝑ imitationē. Eph. v. a. Imitatores dei eſtote ſicut filij chariſſimi. Sufficit huic tunice q̄ ſit alba in ſe ꝛ mūda: ſ h nō ſufficit faciei: imo oportet vt alios illuminet ſicut ſol. Sed Eſa. xiij. b. Obtenebrat᷒ ē ſol in ortu ſuo. Itē q̄ſi ſol patit̄ eclipſim/cetera diſcolorata apparēt. Quidā aūt ſūt qui trāſfigurari nō poſſūt vel alterari. De q̄b᷒ Hiere. xiij. d. Nunq̄d poteſt ethiops mutare pellem ſuā ꝛc. Amos. vlt̄. b. Nūq̄d nō vt filij ethiopū eſtꝭ vos. Itē nota q̄ q̄dā ſe figurāt: alij defigurāt: alij trāſfigurāt. Figurāt ſe mulieres/q̄ ſe pingūt. Talib᷒ dicit̄ Eſa. lvij. b. Ornaſti te regio vnguēto. Tales voluit dñs ꝯtradicere dicenti: ſ. v. f. Nō potes vnū capillū albū facere neqꝫ nigrū. Defigurant ſe hypocrite et tyranni. ſ. vj. b. Exterminant facies ſuas. Et alij ſe tranſfigurāt/ modo de vna forma in aliam. Hi ſunt inaniter gloriātes: qui ſunt ſicut cameleon. Sic trāſfigurari non eſt bonū: ſ ſicut tranſfigurat᷒ ē dñs. Qḋ fit poſt ſex dies: qui ſunt figurati per opera ſex dierum: et per ſex perſonas que interfuerūt tranſfigurationi. Prima die lux facta ē: que ſignificat cognitionē vt homo cognoſcat ſe. Pſ. Neſcierunt neqꝫ itellexerūt/ in tenebris ambulant. Huic operationi adaptat̄ petrus: q̄ agnoſcens iterptat̄. In ſecūda die factum eſt firmamentū ꝛ diuiſe ſunt aque ab aquis. Hoc fit q̄ſi homo ſeparat cor ſuū a delitijs carnis: Per firmamentū cor qḋ debet eſſe firmū: Per aq̄s que ſub firmamēto/delitie carnis: Per aquas q̄ ſuꝑ firmamētū/ ſpūales delitie itelligunt̄. Huic iacob᷒ reſpondet: q̄ luctator dicit̄. Ad h eni faciendum magna lucta indigem᷒. Tertia die ꝓtulit terra herbā virentem ꝛ faciētē ſemē. Hec ē bona opatio/ad quā homo poſt cognitionē ſui ꝛ delectationū carnaliū refrenationē ſe accingit. Huic reſpondit iohānes: Sicut eni terra ſine ſemine fructificare nō poteſt: ſic nec cor ſine gr̄a. Quarta die facta ſūt luminaria vt p̄ſint diei ꝛ nocti. Hoc ē q̄ cor humanū illuſtrat̄ ſapientia de diuinis que ꝑ ſolem deſignat̄: ꝛ ſciētia de terrenis que ꝑ lunā ꝛ ſtellas. Poſtq̄ꝫ eni homo ſeipſum cognouit: ꝛ a delectationib᷒ ſe ſepauit: ꝛ i bonis opib᷒ exercitat᷒ ē/ cū his duobus donis ordinat̄. Vñ Eſa. xxviij. c. Quē docebit dñs ſciētiā ꝛ quē itelligere faciet auditū: Ablactatos a lacte: auulſos ab vberib᷒. Huic rñdet helias. Eccꝭ. xlviij. a. Surrexit helias ꝓpheta q̄ſi ignis: hoc quātū ad cognitionē de diuinis

Marci. 9. a.
Luc. 9. d.

Pſ. 81.

a Et ecce apparuerūt illiſ moy
ſes ⁊ helias cū eo loquentes.
b Reſpondēs aūt petrus dixit
ad ieſum: Dñe/bonū eſt nos
c hic eſſe: ſi vis faciam⁹ hic tria
d tabernacula: tibi vnū/ moyſi
e vnū/ et helię vnū. Adhuc eo
loquente/ecce nubes lucida
f obūbrauit eos. Et ecce vox ď
g nube/dicēs: Hic eſt fili⁹ me⁹
h dilect⁹ in quo mihi bñ cōpla-
k cui: ipſum audite. Et audien
l tes diſcipuli ceciderūt i faciē
m ſuā: et timuerūt valde. Et ac-
n ceſſit ieſus et tetigit eos: di-
o xitqȝ eis: Surgite / nolite ti-
p mere. Leuātes aūt oculos ſu-
q os neminē viderūt niſi ſolū ie
r ſum. Et deſcēdentib⁹ illis de
s monte p̄cepit ieſus/dicēſ: Ne
t mini dixeritiſ viſionē / donec
v fili⁹ hois ā mortuis reſurgat.

¶ quę inflāmat ⁊ illuminat ⁊ trahit ad ſupiora/⁊ verbū ipſi⁹ ꝗſi
facula ardebat /quantum ad ſcientiam de inferiorib⁹. Quin-
ta die fiunt piſces ⁊ aues de aqua: q: habita cognitione p̄di-
cta homo faſtidit tpalia ⁊ deſiderat ęterna. Quis nunqȝ deſcē
dit ad terrā niſi ꝓpter neceſſitatē. Huic opationi rñdet moy-
ſes/qui ſumptus ab
aquiſ. Sexta die ho
mo factus ē ad ima-
ginem ⁊ ſimilitudi-
nem dei: In h̄ ſigni-
ficat ꝙ oīa pręceden
tia ſm rationem de-
bent fieri. In h̄ eni
homo ē ſimilis deo:
Sap.xi.d. qui oīa fecit in nu-
mero/pondere/⁊ mē
ſura. Huic rñdet ie-
De cōſe.diſ.5.c.ſi. ſus: q: i filio ęqlitaſ:
vt dicit Hilarius et
Aug⁹. Si hō habe-
at iſta ſex/recte trāſfi
guraſ: ⁊ facies eiuſ erit ſicut ſol. Per faciē homo interior. Si
Eccl.19.d. eni facies hois turpis / ⁊ ipſe tot⁹ turpis: Per faciem eni co-
Ps.44. gnoſcit homo. Ps. Oīs gloria eius filię regis. Et veſtimen-
ta eius erunt candida ſicut nix: id eſt corpus. Eccs.ix.b. Om
ni tempore veſtimenta tua ſint candida. Vel veſtimēta ſunt
opa quę calefaciūt: turpitudinē tegunt: ⁊ ornant ſicut veſtes.
Pręterea veſtes nō debent multū elongari in hyeme/ne lutū
ɔtrahāt: ſic opera noſtra non debent elongari vt videantur.
a ¶ Et ecce apparuerūt illis moyſes ⁊ helias cū eo
loquētes. Sup Numeri dicit Origeñ. ꝙ in hac apparitiōe
orauit moyſes pro populo ſuo. Itē iohānes Scotus. Heli-
as non in ſuo corpe: non in aliq̄ materia aliūde aſſumpta ap-
paruit: ſed quadā ineffabili virtute ſoli deo cognita inuiſibiſ
ſpūs per ſe viſibilis fact⁹ eſt. Hiero⁹. Dat ſignū de cęlo/he-
lia inde deſcendēte quo ⁊ aſcēderat: ⁊ moyſe ab inferis reſur-
gente. Unde Eſa.vij.b. Pete tibi ſignū a dño deo tuo: ſiue
in ꝓfundū inferni: ſiue in excelſum ſupra. Ideo aūt viuus et
mortuus apparent: vt ſignificēt chriſtū moriturū ⁊ iterū vi-
cturū: Et vt nos ſim⁹ viui deo: mortui mūdo. Col.iij.a. Mor
tui eni eſtis ⁊ vita vr̄a abſcōdita ē cū chriſto in deo. Loque-
banſ autē moyſes ⁊ helias cū dño de paſſiōe ei⁹ ⁊ reſurrectio
ne. Unde Lucas.ix.d. dicit: Dicebāt exceſſum ei⁹ quē cōple
turus erat in hieruſalē. Exceſſum vocat mortē in qua ei⁹ hu-
militas oēm exceſſit: vel ipſe omnē hoiem per humilitatem.
b ¶ Reſpondēs aūt petrus dixit ad ieſum: dne bo-
nū ē nos h̄ eſſe. Marc⁹.ix.a. Lucas.ix.d. dicūt: Neſcie-
bat q̄d diceret. Si ſtilla cōpellebat eū ita dicere/q̄d ḡ erit de
abyſſali plenitudine: Eccl.xxiiij.d. Conſiliū illius in abyſſo
multa.j.Cor.ij.c. Oculus nō vidit ⁊c. Stola eni corpis nō
guſtat niſi ſupflua quędam ſtolę animę. c ¶ Si vis. Chry-
ſ.16.d. ſoſtom⁹. Timēs increpari ſicut ſupra/p̄mittit: ſi vis. Idem.
Si voluerim⁹/videbim⁹ ⁊ nos chriſtum multo ſplendidi⁹ ꝙ̄
tunc illi. Tunc venit cū moyſe ⁊ helia: poſt veniet cū milibuſ
angeloꝝ ⁊ plebiū: nō nube ſup caput ei⁹/ ſ; cęlo ɔtracto: ſicut
vela iudicis retrahunſ vt poſſit audiri tempe cauſę. d ¶ Fa-
ciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnū/moyſi vnū/ et
helię vnū. Hoc eſt: in lege/in ꝓphetis ⁊ in euangelio con-
templabimur. Hiero⁹. Unū tabernaculū eſt euāgelij: ſi tria
quęris/fac vnū quaſi tria: patrē/⁊ filiū/ et ſpm̄ſcm̄: nequaqȝ
ɔferens ſeruos dño. Bern. Adhuc hodie notaſ: quicūqȝ legi
ꝓphetis ⁊ euāgelio tria facere tabernacula cupit: cum hęc ne-
quaqȝ valeāt ab inuicē ſepari. e ¶ Adhuc eo loquente:
ecce nubes lucida obūbrauit eos: ⁊ ex luciditate obū
Al.ſlucus brant ſicut ſlupus ex radijs ſolis. f ¶ Et ecce vox de nu-
be dicēs. Uox de nube/ vox gratię pulſantis ⁊ loquētis in
corde. Cant.ij.d. Sonet vox tua ⁊c. g ¶ Hic ē fili⁹ me⁹.
Gillib. Certe ſi fili⁹ aliud eſſet ꝙ̄ pater eſſet: non poſſet pater
in filio ſibi cōplacere. Quid eſt dicere: cōplacui mihi/niſi ſic
placui mihi in meipſo: ita placui in filio. h ¶ Dilectus.
Cant.ij.d. Dilect⁹ me⁹ mihi ⁊ ego illi. i ¶ In q̄ mihi cō
placui. Sic notaſ identitas eſſentię ⁊ diuerſitas ꝑſonarū:
quaſi/quō complacet pr̄i in filio: ſic i filio cōplacet ſpūiſctō.
Econuerſo adā ſibi diſplicuit. Un̄ Gen.vj.b. Penitet me
feciſſe hoiem. k ¶ Ipſum audite. Hoc idem p̄cepit moy-
ſes / Deut.xviij.c.
Prophetā de gente
tua ⁊ de fratrib⁹ tuiſ
ſicut me ſuſcitabit ti
bi dñs de⁹ tuus: ip- B
ſum audite. l ¶ Et
audiētes diſcipu
li ceciderūt in fa
ciem ſuam: Tum
p̄ fulgoris magnitu-
dine: tum pre voce.
Chryſ. Sup.iij.d.
null⁹ cecidit: tñ eadē
vox ē: Et Iob.xij.
tes cū ſcribis ⁊ ſeniorib⁹ dicebāt: alios ſaluos fec̄ ſeipſum non poteſt ſaluū facere: ſi rex iſrael eſt/ deſcendat nūc de cruce ⁊ credimus ei. Ecce quomodo moliebat̄ diabolus per ora detractoꝝ ⁊ blaſphemātiū/ vt nō ſolueretur precium redemptionis noſtre: vt captiuos non redimeret: vt i ſēpiternū nos detineret. Volebat offerri ſacrificium noſtre reconciliationis/ vt nos ei ſemper ſeruire liceret. Volebat ꝙ biberet Al. foro calicem paſſioniſ et antidoti/ quo omne venenum eius expurgandū erat. Marci.15.c. Luc.23.f. Mirabiliter autem allegabat diabolus contra ſe dicēs: Si rex iſrael eſt deſcendat nūc d cruce. f Mira ſtulticia: ſi rex Marci.15.c. iſrael eſt deſiſtat certare pro iſrael/ et cedat hoſtib⁹ ſuis: vt ſit eis iſrael in captiuitatem. Si rex eſt/ ſceptrum dimittat qd vtiq; crux eſt. Eſa. ix.b. Factus eſt principatus ſuper humerū eius. Si rex ē/ dimittat baculum in quo ꝓ iſraele pugnat valde ꝓpugnator ad ſaluandum. a Confidit in deum: liberet eum nūc ſi Pſ.21. vult. Pſ. Sperauit i dño/ eripiet eum: ſaluū faciat eū quoniam vult eum. b Dixit eni/ quia fili⁹ dei ſum. Hoc patet in iohāne. c Idipſum autem ⁊ latrones qui crucifixi erant cum eo improperabāt ei. Hoc videt̄ Luc.23.f. falſum: quia in ſeruitiū diaboli quaſi latro bonus dixit: Memento mei dñe dum veneris in regnū tuū. Ad hoc dicit̄/ ꝙ hꝭ ponitur plurale pro ſingulari. Vel poteſt dici ⁊ melius: ꝙ primo conuitiat⁹ ē cum alio latrone: ſꝫ chriſto dño miſerāte viſitatus eſt ⁊ penituit. d A ſexta autē hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terrā vſq; ad horam nonam. Origen. dicit ꝙ ſolūmodo in terra iudeoꝝ tenebre facte ſunt: ſicut per triduū facte ſunt tenebre per vniuerſam terram egyptioꝝ/ niſi in terrā geſſen vbi erant hebrei: ſic ꝑ ſpacium trium horarum in iudea. Et hoc viſum eſt ei: quia ſi in terra gentilium aliquid tam mirādū contigiſſet/ illud in eorū ſcriptis relictum fuiſſet. Veruntū vt in hiſtorijs habet̄: Athenienſes viſis tenebris his/ dixerūt deum nature pati: ⁊ aram ei conſtruxerūt. Hoc ꝓpheratū fuit Amos. viij.c. Occidet ſol in meridie ⁊ obtenebreſcere faciam terrā in die luminis. Job v.c. Per diem incurrent tenebras ⁊ quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie. Merito aūt ſexta hora crucifigi voluit dñs: quia venerat legem perficere. ṡ. v.b. Et ideo tēpus ꝑfectionis elegit: que per ſenarium deſignat̄. Sexta etate venit/ ſexto menſe poſt iohannem. Luc. j.d. Et hic menſis ſextus eſt Moraliter illi ⁊c. Sexta hora crucifigit̄ et ſexta feria. Moraliter. Tenebre fiunt ſuper vniuerſam terram cordis penitentis crucifixi: dum tenebras ſuas agnoſcit: ⁊ hec ē nona plaga qua percutitur nobis egyptus iuxta Origenē ſuper Exo. Tenebris enim tenebras noſtras percutim⁹: dum ignorantie noſtre tenebras in nobis agnoſcimus ⁊ condēnamus. Sol i nobis obſcurat̄: dum mundi gloria a nobis deſpicit̄. Job. xxxj.c. Si Pſ.120. vidi ſolem cum fulgeret. Pſ. Per diem ſol non vret te/ neq; luna per noctē. d A ſexta autē hora ⁊c. Nota ꝙ ſole naturali patiente eclipſim/ omnes res ſuū mutant colorē: Sic vero ſole eclipſato omnes mutare debemus colorem compatiendo et dolendo. ij. Reg. j.d. Filie iſrael ſuper ſaul flete qui veſtiebat vos coccino in delitijs: qui prebebat ornamenta aurea cultui veſtro: id eſt ſacramenta charitate plena. Item debemus mutare colorem/ ad ſimilitudinē ei⁹ patiendo. Gal. vj.d. Stigmata dñi ieſu in corpore meo porto. Itē debemus mutare colorem erubeſcēdo/ conſiderādo ꝙ cum Ro.5.b. inimici eius eſſemus/ ipſe tot ⁊ tanta eſt pro nobis paſſus et

israel eſt/ deſcendat nunc de
a cruce ⁊ credimus ei. Confi/
dit in ✝ deū: liberet eum nūc ſi
b vult: Dixit ēnim/ quia filius
c dei ſum. Idipſum autem ⁊ la/
trones qui crucifixi erant cū
d eo improperabāt ei. A ſexta
autem hora tenebre facte ſūt
ſuper vniuerſam terram vſq;
e ad horam nonā. Et circā ho/
f ram nonā clāmauit ieſus vo/
g ce magna/ dicēs: Eli eli lām/
ma açabtani: Hoc eſt: De/
us meus/ deus meuſ: vt quid
b dereliquiſti me? Quidam au/
tem illic ſtantes et audientes
dicebāt: Heliā vocat iſte. Et
i k ꝯtinuō currēs vn⁹ ex eis ācce/
ptā ſpongiā impleuit aceto: ⁊
l m impoſuit arūdini ēt dabat ei
n bibere. Ceteri vō dicebāt: Si/
ne: videam⁹ an veniat helias
liberāſ eū. Jeſus aūt iterū cla/
mās voce magna emiſit ſpm̄.

nos pro eo nihil. Eſa. xxiiij.d. Erubeſcet luna ⁊ confundetur ſol: id eſt ſancti in die iudicij/ videntes que paſſus eſt pro eis. His modis facta tenebroſa ſponſa dicit Cant. j.b. Nolite me conſiderare ꝙ fuſca ſim: quia decolorauit me ſol. Itē nota ꝙ dñs paſſus eſt pro nobis maximo feruore dici: ad innuēdum ꝙ ex maximo feruore charitatiſ patiebatur: ⁊ ꝙ per hoc maxime accendi debebat terra cordium noſtrorum. e Et circa horā nonā: Quia per eius mortem nouē ordineſ angelorū reparantur. Marci.15.c. f Clamauit ieſus voce magna Job.19.f. dicens: Heb. v.c. Cū clamore valido et lachrymis offerēs exaudit⁹ eſt pro ſua Marci.15.c. reuerentia. g Eli eli lamma açabtani: hoc eſt: deus me⁹: de⁹ me⁹ vt qd dereliqſti me. i. penis exponi ꝑmiſiſti. Eſa. liiij.c. Ad pūctū in modico dereliq te. Eſa. lx.c. In idignatiōe mea ꝑcuſſi te ⁊ i recōciliatione mea miſert⁹ ſum tui. Quidā dicūt ꝙ dñs in cruce dixit centum quinq̄ginta verſus pſalterij/ a viceſimoꝑmo pſalmo: Deus deus meus: vſq; ad hunc verſum: In man⁹ tuas com/ Pſ.30. mendo ſpm̄ meū: ⁊ hoc in cōmēdationē pſalmoꝝ/ qui tot ſūt. Vel q: ibi geminat: deus me⁹/ deus me⁹/ ꝯgruit ei: q: ipſe erat filius ei⁹ ꝑ naturā ⁊ ꝑ grām. h Quidā aūt illic ſtātes et audiētes dicebāt: heliā vocat iſte. Forte ibi erant aliq romani: qui nō intelligebāt hebreū/ ⁊ audierāt aliqñ loq de helia: ideo crediderūt ꝙ tunc ad litterā vocaret heliā in auxiliū. Vel etiam ipſi iudei potuerūt hoc dicere/ non intelligētes qd diceret ꝓpter tumultū. Moralit̄. Sic multi audita Moraliter peruerſe recitāt. Ecci. xj.d. Bona in mala ꝯuertēs inſidiat̄: et in electis ponit maculā. i Et ꝯtinuo currēs vnus ex eis. Prouerb. j.b. Pedes eoꝝ ad malū currūt. k Acceptā ſpongiam impleuit aceto. Sed qd ꝯcordat hoc ad ꝓcedentia: Dicendū eſt ſicut habetur in alio euangelio/ ꝙ Job.19.f. dixit: Sitio. Vel tedebat eos ibi tātū morari/ vnde vt citius moreret̄ dederāt ei acetum in ſpongia vt ſugeret. Dicit̄ enī ꝙ acetum ꝓpinatum pendentib⁹ in cruce facit eos citi⁹ mori. Vel forte crucifixores detulerunt ſecum vinū ad bibēdū/ qd ex calore factum acidum ei ꝓpinauerūt. l Et impoſuit arundini: vt poſſet ei porrigere: quia chriſtus eleuat⁹ erat Pſ.68. a terra. m Et dabat ei bibere. Pſ. In ſiti mea pota/ Moraliter uerūt me aceto. Moralit̄: Sic iuſtis pendentib⁹ in cruce penitentie/ obiurgatiōes ⁊ maledicta ꝓpinant: que ſunt qſi pot⁹ amar⁹ ⁊ acidus. n Ceteri vō dicebāt/ Sine: videamus an veniat helias liberās eū: ieſus aūt iterum clamās voce magna emiſit ſpm̄. Joh. x.d. Ego pono aīam meā ⁊ iterum ſumo eam: nemo tollit eam a me/ ſed ego pono eam a meipſo. Lucas dicit. xxiij.f. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Hoc exemplo edocens quid faciendum ſit ſuis in omni periculo temptationis: et in ipſo diſcrimine mortis. Tūc enim pater vocandus eſt: tunc ei filiali amore medullitus adherendum eſt: tunc potiſſimū eſt ei ſpiritus cōmendandus: quia tunc demones circa nos aſſiſtūt tanq; leones preparati ad eſcam. In manus dei patris commendat ſpiritum ſuū: qui ſe totum ponit in voluntate eius. Sic clauſtrales in profeſſione ſpiritum: id eſt voluntatem ſuam commēdat in manibus prelati: nec debent reſumere vſq; in diem reſurrectionis/ ſicut ieſus. Clauſtralis igitur qui ſuam facit voluntatem/ aut nunq; depoſuit/ aut chriſti reſurrectionem preuenit. Sap. iij.a. Juſtorum anime in manu dei ſunt/ et non tanget illos tormentum mortis: Viſi ſunt clauſtrales in oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace.

¶ a Et ecce velū tēpli ſciſſū eſt ī duas ꝑtes a ſūmo
vſqꝫ deorſū. Illud velū qḋ erat int̄ ſctā ſctōꝝ: ⁊ etiā illud
Myſtice qḋ erat ante faciē templi ⁊c. Myſtice: Velū tēpli ſciſſum ē
in morte chriſti: qꝛ ꝑ mortē eiꝰ apta ē nobis intelligētia ſcrip/
turę ꝗ prius erat clauſa iudeis. Vñ. ij. Cor. iij. d. Vſqꝫ ī ho/
diernū diē cū legit
Marci.15.d. moyſes/velamē poſi
Luc.23.f. tū eſt ſuper cor eoꝝ.
†Pſ.28. Pſ. Reuelabit ꝯdē
Apoc.6.c. ſa/ſcptur: ⁊ iō in tē/
plo eiꝰ oēs dicēt glo/
riā. b In duas
ꝑtes: qꝛ tunc apuit
q̄liṫ nouū teſtamētū
erat ī veteri/⁊ ecōuer
ſo. c A ſūmo vſqꝫ
deorſū: qꝛ magna
et parua ſacramenta
ſūt manifeſtata. Itē
velū pcī diuidiṫ in
culpā/dū culpa tolli
tur ꝑ pęnitētiā/⁊ pęna pęnitētialis teneṫ. Itē velū diuidiṫ/cū
totū malū qḋ ī nobis ē nob attribuimꝰ/⁊ deo totū bonū qḋ
Pſ.17. habemꝰ. d Et terra mota ē. Pſ. Cōmota ē ⁊ ꝯtremuit
terra. e Et petrę ſciſſę ſūt. Adhuc apparēt ſciſſurę ⁊ in
eis depoſūt ꝑegrini cruces ſuas. f Et monumēta apta
ſūt ⁊ multa corpa ſctōꝝ ꝗ dormierāt ſurrexerunt.
Hoc dr ꝑ anticipationē: qꝛ chriſtꝰ ꝑus reſurrexit. Vñ ſequiṫ.
g Et exeūtes de monumētis poſt reſurrectionē eiꝰ
venerūt ī ſctām ciuitatē ⁊ apparuerūt multis. Diciṫ
in euāgelio naçareoꝝ/ꝙ duo ꝗ fuerūt mortui ante circiṫ ānos
q̄draginta/boni ⁊ ſancti viri: venerūt in templū poſt reſurre/
ctionē dñi: ⁊ nō loquētes petierūt ꝑgamenū ⁊ incauſtū ⁊ ſcri
pſerūt/quō illi ꝗ erāt in limbo exultauerūt in deſcenſu dñi ad
Moraliter inferos et demones triſtabanṫ. Moraliṫ/ d Et terra
mota ē ⁊c. Terręmotus ſignificat terrenoꝝ cordiū muta/
tionē de feudo diaboli in feudū chriſti: vt mutareṫ de malo in
Pſ.76. bonū. Pſ. Hęc mutatio dextrę excelſi. Et alibi. Terra mota
Pſ.67. eſt: eteni cęli diſtillauerūt ⁊c. Itē. Sana dñe ꝯtritiōes eiꝰ qꝛ
Pſ.59. cōmota ē. Itē terręmotꝰ/terreni populi. i. iudaici motū ſig/
nificat: ꝗ mouēdus ⁊ diſꝑgēdꝰ erat int̄ gētes: Sicut dr Eſa.
xxiiij. a. Ecce dñs nudabit terrā ⁊ diſſipabit eā/⁊ affliget faciē
eiꝰ ⁊ diſperget habitatores eiꝰ. e Et petrę ſciſſę ſūt: id ē
corda obſtinatiōe obdurata ad pęnitētiā ſciſſa. De ꝗ Iohel.
ij. c. Scidite corda vr̄a ⁊ nō veſtimēta. f Et monumēta
apta ſūt. i. corda ſiue vita grę: ꝗ orōne ⁊ ꝯfeſſiōe debēt ape/
riri vt inde ꝓdeāt mortui ī reſurrectionē vitę. Nota ordinē.
Terra. i. cor pctōris moueṫ ꝑ timorē: petra ſcindiṫ ꝑ ꝯtritio/
nē: monumēta apiunṫ ꝑ ꝯfeſſionē: corpa ſanctoꝝ qui dormie
runt reſurrexerūt. i. congeries ſanctoꝝ operū ⁊ totus cętus
virtutū: ꝗ oīa ꝑ pctm̄ dormierāt per ſatiſfactionē iterū reui/
xerūt. Et venerūt in ſctām ciuitatē. i. in aīam ſanctificatā vñ
exierāt. Itē ibi ipſi pctōres mortui fuerūt ꝑ pctm̄/reſuſcitati
ꝑ pęnitentiā: venerūt in ſanctā ciuitatē. i. eccleſiā. Et tūc de/
bent apparere multis: vt ſicut multos ꝑ malū exemplū corru
perāt: ſic multos ꝑ bonū exēplum ędificēt. h Centurio
autem ⁊ ꝗ cū eo erant cuſtodientes ieſū ⁊c. Chryſ.
Centurio maxime crediṫ ꝓpter hoc/quia cum prāte mortuus
eſt. i. clamans. Centurio eſt: qui habet ſub ſe centum milites:
Marci.15.d. huic tradita erat executio crucifixiōis. Marcus ſic dicit: Cē
turio aūt qui ex aduerſo ſtabat videns ꝙ ſic clamans expiraſ
Luc.23.g. ſet/ait: Vere hic homo filius dei erat. Lucas autem ſic: Vi/
dens autem centurio qḋ factum erat/glorificauit deū dicēs:
Vere hic homo iuſtus erat. Recte autem dicitr: videns vel
viſo: quia myſteria dñicę paſſionis videntibus: id eſt intelligē
tibus timorē incutiunt ⁊ ad glorificandū deū inducunt. Vn/
de Eſa. xix. c. Erit terra iuda: id eſt corpus dñi/ęgypto: id eſt
peccatoribꝰ ī pauorē. Et Abacuk. iij. a. Dñe audiui auditū
tuum ⁊ timui: in medio duū animaliū: id eſt duorū latronū.
Cęci ergo ſunt ⁊ ſurdi qui ex lectione dñicę paſſionis nec ti/

a Et ecce velum templi ſciſſum
b c eſt in duas partes/a ſummo
d vſqꝫ deorſum. Et terra mota
e f eſt: et petrę ſciſſę ſunt: et mō/
numenta aperta ſunt: ⁊ multa
corpora ſanctorum qui dor/
g mierāt ſurrexerunt: Et exeū/
tes de monumentis poſt reſur/
rectionē eius venerunt in ſan
ctam ciuitatem: et apparue/
h runt multis. Centurio autem
et qui cum eo erant cuſtodi/
entes ieſum/viſo terręmotu
et his quę fiebant: timuerunt
valde/dicentes: Vere filius
i dei erat iſte. Erānt autem ibi
mulieres multę a longe: quę
ſecutę erant ieſum a galilea
k miniſtrantes ei: Inter quas
l erat maria magdalenę/et mā
m ria iacobi/et ioſeph mater/
et mater filiorum çebedei.

morem concipiunt nec glorificationē. Eſa. xlij. c. Surdi au/
dite ⁊ cęci intuemini ad videndū: Quis cęcus niſi ſeruus me/
us: et quis ſurdus niſi ad quem miſi nunciū meū? i Erāt
autem ibi mulieres multę a longe quę ſecutę erāt
ieſum a galilea miniſtrantes ei. Chryſ. Diſcipuli fuge
runt: iſtę affuerunt ⁊
omnia conſideraue/ Marci.15.d.
runt qualiter clama Luc.23.g.
uit/qualiter expira/
uit/qualiṫ petrę ſciſ/
ſę ſunt. Iob. xix. c.
Pelli meę: id eſt mu
lieribus quę exterio
ra miniſtrabant: con
ſumptis carnibus:
id eſt apoſtolis fugi/
entibus/adhęſit os
meum: id eſt chriſtꝰ
ſuſtentamentum ec/
cleſię/ſicut os carnis
et pellis. Unde ver/
ſus. Os chriſtꝰ/caro diſcipuli/pellis mulieres. Os remanet
caro diſparet/tu pellis adhęres. k Int̄ quas erat ma/
ria magdalenę: De qua Lucas. vij. f. Et Marcus vlt.
l Et maria iacobi: id ē mater iacobi minoris. ſ. m Et
ioſeph mater: ⁊ mater filiorum çebedei. ſ. iacobi ⁊ io/
hannis. Moraliter autem iſtę mulieres quę chriſtum ſūt Moraliter
ſecutę ⁊ ei miniſtrabāt/ſignificāt prelatos: qui ī ſacra ſcriptu/
ra mulieres dicuntur: quia matrū ⁊ nutricū ſpiritualium de/
bēt habere affectum ⁊ ſollicitudinē. j. Theſſal. ij. c. Facti ſu/
mus paruuli in medio veſtrum tanqꝫ ſi nutrix foueat filios ſu/
os. Debent etiam miniſtri eſſe totius eccleſię dei. j. Cor. iiij.
a. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti et diſpēſato/
res miniſteriorum dei. Debent etiam ſequi ieſum euntem
ad paſſionem per imitationem ⁊ compaſſionē. ſ. iiij. d. Veni
te poſt me/faciā vos fieri piſcatores hominū. Bene autem a
galilea dicūtur ſecutę: hoc eſt a rota/vel reuolutiōe/vel trāſ/
migratione: quia tales aſſumendi ſunt prelati qui reuelatos
oculos habent ad ſpiritualia contēplanda/⁊ trāſmigrauerūt
de veteri conuerſatione ad nouam: ⁊ mundi circumitus atqꝫ
pericula ſunt experti. Eccſ. xxxiiij. b. Vir in multis expertus
cogitabit multa: ⁊ qui didicit multa enarrabit intellectū. In/
ter quas prima nominatur maria magdalenę. Maria illu/
minata ⁊ illuminatrix ⁊ ſtella maris ⁊ amarum mare. Primū
enim oportet eſſe illuminatos/deinde illuminatores: Primo
doctos/poſtea doctores. Deinde oportet eſſe ſtellas maris:
id eſt in cęlo fixos per amorem ⁊ deſiderium ⁊ contemplatio
nē ⁊ ꝑ humilitatē paruos videri: longe a terra per cōtemptū
terrenorum: lucidos per doctrinam: portum ⁊ patriam huiꝰ
mundi venientibus ⁊ nauigantibꝰ oſtendentes. Deinde ma/
re oportet eſſe prelatos: id eſt cōgregationē aquarū/vt om/
nia fluenta gratiarum ⁊ doctrinarū in ipſos fluant: ⁊ ipſi non
redundent per ſuperbiam vel inanem gloriam: Sicut legitur
Eccſ. j. b. Omnia flumina intrāt in mare ⁊ mare non redun/
dat. Omnia etiam flumina temptationū ⁊ tribulationū de/
bent in ipſos intrare: ita tñ vt ipſi non redundent per impa/
tientiam. Omnia flumina aliorum peccatormu debēt intra/
re in ipſos per alueos confeſſionis: ita vt ipſi non redundent
per contemptum ⁊ aſpernationem confitentium. Magdale/
na interpretatur magnifica vel premunita vel turrenſis ſeu
defenſibilis: quę omnia bene congruunt prelatis. Debēt enī
eſſe magnifici: id eſt magna facientes: non tm̄ magnidici: id
eſt magna dicentes. Debent etiam eſſe premuniti: id eſt prę
alijs muniti munitione virtutum. Debent etiam eſſe turren/
ſes: id eſt in turre ſpeculationis ⁊ prouiſionis ⁊ vitę eminen/
tia exiſtētes. Eſa. xl. b. Sup mōtē excelſū aſcēde tu ꝗ euāgeli/
ças ſion. Secūda ē maria iacobi ⁊ ioſeph maṫ. Iacobꝰ interꝑ
tatur luctator vel ſupplantator conſilij: Sic prelatus debet
eſſe mater omniū luctantiū: contra mundū/carnem/et diabo
lum/et ſupplantantium eos: hoc eſt vere pęnitentiū: qui cum

¶ carne luctanṫ ieiunijs:

g carne lucrantur ieiunijs: cum mundo elemoſynis: cum diabo lo orationibꝰ. Et ſic ſupplantat̃ feſtinās: id eſt diabolus. i. de- ijcitur ⁊ eius conſilium diſſipat̃: Sicut legit̃. ij. Reg. xvij. c. Dñi nutu diſſipatum eſt conſiliū achitophel. Debet etiã prelatus eſſe mater ioſeph: id eſt omniū qui in ſeipſis ſpūali- bus dimenſionibus creſcũt/ vel aliorum generatione: ſicut ſunt doctores ⁊ p̃di catores. Tertia fuit mat̃ filioꝝ zebedei: qui interpretat̃ do- natio vel donatus: et ſignificat clauſtra les/ q̃ ſpecialit̃ dona ti ſunt deo. Unde de leuitis dicit̃ Nume- ri. viij. c. Dono do- nati ſũt mihi. Horū igit̃ omniū: peniten tium/ doctoꝝ/ p̃dica toꝝ et clauſtraliū/ debet eſſe mat̃ p̃lat' et eos fouere ⁊ nutri re. Hoc etiam aduer tendum eſt q̃ maria bis dicit̃: vt duplex amaritudo inſinuet̃ que debet eſſe in pre latis. Prima eſt amaritudo zeli: De qua Ps. Zelus domus tue comedit me. Secūda ẽ amaritudo cōpaſſionis: De q̃. ij. Cor. xj. g. Quis infirmat̃ ⁊ ego nō infirmor: q̃s ſcandalizat̃ et ego nō ſcādalizor: Similit̃ mat̃ bis dicit̃ ꝓpt̃ duplicẽ ſollici- tudinẽ quā debent gerere de ſubditis: ſpūalem. ſ. et tempora- lem. Uel ꝓpt̃ duplex officiū: pariēdi. ſ. et educādi: qđ debet eẽ in prelatis. Gal. iiij. c. Filioli mei quos iterum parturio do- nec formet̃ chriſtus in vobis. i. Cor. iij. a. Lac dedi vob po- tum non eſcam.

G cl. 15. d.
l. 22. g.
b. 19. g.
Nu. 8. c. dil. 1. Leo.
cl. 15. d.

a Cū ſero aūt factū eſſet venit
q̃dam hō diues ab arimathia
b nōie ioſeph: q̃ ⁊ ipſe diſcipulꝰ
erat ieſu. Hic acceſſit ad pila
c tū/ ⁊ petijt corpus ieſu. Tūnc
d pilatꝰ iuſſit reddi corpꝰ. Et ac
cepto corpe ioſeph/ inuoluit il-
e lud i ſyndone mūda: ⁊ poſuit
illud i monumēto ſuo nouo:
f qđ exciderat i petra. Et aduol
g uit ſaxū magnū ad oſtiū mo-
h numēti: ⁊ abijt. Erant aūt ibi
maria magdalene ⁊ altera ma
i ria ſedētes ꝯ ſepulchꝝ. Alte-
ra aūt die q̃ ẽ poſt paſceuen:
k ꝯuēnerũt p̃ncipes ſacerdotū ⁊
phariſei ad pilatū dicentes:
l Dñe/ recordati ſumꝰ q: ſeduc
m tor ille dixit/ adhuc viuēs: poſt
n tres dies reſurgā. Iube ḡ cu-
ſtodiri ſepulchꝝ vſq3 i diẽ ter-
tiū: ne forte veniāt diſcipli eiꝰ
et furent̃ eum/ ⁊ dicant plebi:
ſurrexit a mortuis: ⁊ erit no-
uiſſimus error peior priore.
o Ait illis pilatus: Habetis cu-
ſtodiam. Ite cuſtodite ſicut
p ſcitis: Illi aūt abeuntes: mu-
q nierũt ſepulchrum/ ſignantes
lapidem cum cuſtodibus.

Ps. 68.

a Cum ſero autẽ factum eſſet venit quidam homo diues ab arimathia: que ramatha di- citur. j. Reg. j. c. b Noie ioſeph: q̃ ⁊ ipſe diſcipulꝰ erat ieſu: hic acceſſit ad pilatum ⁊ petijt corpꝰ ie- ſu: quia non licebat deponere ſuſpenſos: ſicut nec mō/ niſi de licentia. Nota q̃ datum fuit iſti ioſeph qui erat nobilis: vt di cit Marcꝰ. xv. d. vt deponeret chriſtū de cruce. Et ideo in- oleuit conſuetudo/ vt noui milites habeant ius deponēdi pri- mū ſuſpenſum. Quia aūt iſte erat diues ⁊ bonus/ non ſũt dā- nandi diuites: quia non res in vitiū ſed malefacta cadũt. Di- citur in euāgelio nazareoꝝ/ q̃ iudei iſtū ioſeph i carcere po- ſuerunt/ alligantes eum ad colūnam eo q̃ ita honorifice ſepe- liſſet eum: Et q̃ prius poſt reſurrectionẽ apparuit ei in carce- re q̃3 marie magdalene/ ⁊ liberauit eum de carcere. Mora- liter. Marcꝰ. xv. g. dicit: Nobilis decurio: id eſt de curia. Que autẽ ſit nobilitas/ que ve diuitie eiꝰ/ dicit Lucas. xxiij. g. Qui erat decurio vir bonus ⁊ iuſtus qui non ꝯſenſerat cō- ſilio ⁊ actibus eorum: Hic acceſſit ad pilatum ⁊ petijt corpꝰ ieſu. Corpus ieſu eſt eccleſia: Col. j. c. que pendet in cruce mi ſerie ⁊ penitentie. Ioſeph prelatꝰ: qui debet eſſe creſcēs duo- bus modis: quos diximꝰ/ in ſe ⁊ in alijs. Et debet eſſe nobilis decurio. i. nobilis in decalogi intelligẽtia ⁊ obſeruantia. De- bet etiam eſſe diues auro celeſtis ſapiẽtie: ⁊ argento ſacre elo quentie ⁊ margaritis bonoꝝ operū. Debet eſſe diſcipulus ie ſu. i. de ſchola eius mitis ⁊ humilis corde. Debet etiam eſſe ab arimathia: que interpretat̃ vigilia donationis. i. vigilans circa ſubditos ſibi datos ad cuſtodiam. Hic petijt corpus ie- ſu a pilato. i. a tyrānis eccleſiam quam multis afflictionibus affligunt. Idem eſt ergo accedere ad pilatum ⁊ petere corpꝰ ieſu: qđ ingredi ad pharaonẽ ⁊ dicere: Dimitte populum vt ſacrificet mihi in deſerto. c Tunc pilatus iuſſit red- di corpus. Peiores ſũt p̃ncipes ⁊ tyrāni nři tp̃is q̃3 pilatꝰ: q: ille iuſſit reddi corpꝰ ieſu: iſti aūt inceſſant̃ affligũt eccleſiā. d Et accepto corpe ioſeph/ poſuit illud in monu- mento ſuo: id eſt preparato ſibi/ nouo. Hinc eſt q̃ corpus

Moraliter

Exo. 5. a.

debet poni in pixide imediate ḡ nō ſit ad alios vſus Mutua. f Qđ exciderat i petra. Eſa. xxij. c. Excidiſti memoria le in excelſo/ diligent̃ tibi i petra tabernaculū. g Et aduol uit ſaxū magnū ad oſtiū monumẽti ⁊ abijt. Thren. iij. f. Lapſa eſt in lacum. i. in limbum vita mea: Et aīa lap- ſa ẽ: quia voluntarie ibi deſcẽdit: Poſue- rũt lapidẽ ſuper me. De h ſepulchro dr̃ Eſa. xj. c. Quẽ gẽtes dep̃cabunt̃: ⁊ erit ſe- pulchꝝ eiꝰ glorioſū. h Erāt autẽ ibi maria magdale- ne ⁊c. aſpicientes vbi poneret̃ corpꝰ ie ſu. Propt̃ h dicũt q̃- dam q̃ tm̃ due ma- rie venerũt ad monu mẽtū. Sz ꝯ eoſ ẽ cō ſuetudo eccleſie/ q̃ re p̃ſentat tres i die pa ſche. Preterea i mar co habet̃ de tribus: Maria magdalene/ et iacobi/ et ſalome.

Marci. 16. a.

Pōt aūt dici q̃ in p̃ncipio nō fuerũt niſi due: ſ3 i reſurrectiōe fuerũt tres. Moralit̃ aūt iſinuat̃ h q̃lit̃ recipi debeat corpꝰ chriſti in paſcha. Per h aūt q̃ poſuit eum ioſeph in ſyndone mūda/ notat̃ q̃ debet poni i mūda ꝯſciētia. De q̃ ſyndone dr̃ Prouerb. vlt. c. Syndonẽ fecit ⁊ vendidit ⁊ cingulū tradidit chananeo. Net aūt h ſyndō cogitādo/ deliberādo/ ꝯſiliādo: ordit̃ opando: texit̃ retractādo/ ⁊ decorādo. e Et poſuit il- lud i monumēto ſuo nouo. i. i corde inouato p̱ pniam. Eph. iiij. f. Renouamini ſpū mētis vře. f Qđ exciderat i petra. i. in chriſto. Eſa. xxij. c. Excidiſti memoriale i excelſo diligent̃ in petra tabernaculū tibi. Eſa. lj. a. Attẽdite ad pe- trā de q̃ exciſi eſtis. Saxū aūt magnū qđ aduoluit̃ ad oſtiū monumẽti/ ẽ magna pnia q̃ tenet i nobis ieſū p̱ grām. Eſa. xxx. c. Dabit tibi dñs panẽ artū ⁊ aquā breuẽ ⁊ ñ faciet vltra auolare a te doctore tuū. Due marie ſũt due amaritudines ꝓ irriguo inferiori ⁊ ſuperiori: Uñ ꝓ male geſtis ⁊ bonis nō factis. i Altera aūt die q̃ eſt poſt paſceuen. i. poſt ſextā fe- riā. i. in die ſabbati. k Couenerũt p̃ncipes ſacerdo- tū ⁊ phariſei ad pilatū dicẽtes: dñe. Nūc p̃mo vocāt dñm. l Recordati ſumꝰ: q: ſeductor ille: Inuidia nō patit̃ ꝓpriū nomẽ dicere: ſed ille/ m Dixit: adhuc vi- uẽs: poſt tres dies reſurgā. Nota q̃ vocāt eū ſeductorẽ. Tūc adipletū eſt illud Hiere. xij. b. Facta eſt hereditas mea q̃ſi hiena/ ſm aliā lrām: q̃ ſeuit i mortuis. n Iube ḡ cu- ſtodiri ſepulchꝝ vſq3 i diẽ tertiū ⁊c. In h adimpletū eſt illud Hiere. xj. d. Eradamꝰ eū de t̃ra viuẽtiū ⁊c. o Ait illis pilatꝰ: habetis cuſtodiā: ite cuſtodite ſic̃ ſcitis. q. d. nō tractabo de h faciẽdo/ vos ſi vultis h tracteris. p Illi aūt abeũtes munierũt ſepulchꝝ ſignātes lapidẽ cū cuſtodibꝰ. Sed nōne erat ſabbatū: Pōt dici q̃ nō fuit opꝰ ſeruile ſignare vel ſigillare lapidẽ: ſic̃ nec ſigillare litteras. q Signātes lapidẽ/ anulis ſuis. Moralit̃ Attẽdẽda ſũt tria diligent̃ que cuſtodie dñici corpis appoſita ſũt. ſ. lapis de q̃ iam diximꝰ: ſignaculū ſiue ſigillū/ cuiꝰ fractura oñdit dñici corpis ſublationẽ: tertio cuſtodes. Et h in oī ſepultura ſpūali obſeruat eccleſia ſpūalit̃. Primū in baptiſmo vbi ẽ veteris ho minis ſepultura: vñ ⁊ iterrogat̃ bapticādus vtrū abrenūciet diabolo ⁊ oībꝰ pompis eiꝰ: Lapis ad oſtiū monumẽti ẽ fir- mitas ꝓpoſiti de ñ relabẽdo. Scđo iprimit̃ ſigillū. i. charact̃. Tertio cuſtodes. ſ. patrini. Q2 aūt baptiſmꝰ ſit ſepultura et dñice mortis figura/ teſtat̃ Apl's Roma. vj. a. Cōſepulti eni ſumꝰ cū illo p̱ baptiſmū i mortẽ. Sic ⁊ in ſepultura pnie. In ꝯtritione enim moritur vetus homo. Lapidis auolutio eſt fir mum propoſitum perſeuerandi. Signaculum eſt confeſſio.

Moraliter

g Ratione eni ꝯfeſſionis

¶ Ratione enī ɔfeſſionis pẽnitẽtia maxime ē ſacramētū.i.ſacꝝ ſignū. Cuſtodes ſūt ɔfeſſores ⁊ doctores ꝑ exhortatiōes et ɔſilia ſua. Sic etiā in ſepultura religionis/ pⁱma traditiōe quā facit i man⁹ abbatis/ ſeipſū ſepelit q̄ſi monumētū ingrediēs: obligatio aūt voti ē lapidis aduolutio ad oſtiū monumenti: ſignaculū tonſura et habit⁹: cuſtodes magiſter nouitioꝝ ⁊ abbas vel prioꝛ.

A

Marci.16.a.
Luce.24.a.
Joh.20.a.

## Capitulū. XXVIII.

a Veſpere aūt ſabbati q̄ luceſcit in pⁱma ſabbati/ b venit maria magdalene et c altera maria vidēre ſepulchꝝ. d Et ecce terremotus factus ē e magnus. Angelus enī domi/ f g ni deſcendit de celo / ⁊ acce/ h i dens reuoluit lapidem: et ſe/ k debat ſuper eum. Erat autē aſpectus eius ſicut fulgur: et veſtimenta eius ſicut nix.

¶ Expoſitio Capituli. XXVIII.

Veſpe autē ſabbati ⁊c̄. Hoc capitulū diuidit in q̄ttuoꝛ ptes. In pⁱma parte agit de aduētu mulierū ad monumētū ⁊ apparitiōe angeli q̄ miſit eas ad ap̄los reſurrectionē dn̄i nūciare. In ſecūda agitur de apparitiōe dn̄i ad mulieres iuſſū āgeli pagētes: ibi: Et exiert cito de monumēto. In tertia agit de fraudulētia pⁿcipū ſacerdotū: q̄ pcio dato corruperūt cuſtodes/ vt dicerēt ieſū furatū a diſcipulis ipſis dormiētib⁹: ibi: Que cū abiiſſēt ⁊c̄. In q̄rta agit de apparitiōe dn̄i ad vndecim diſcipulos in galileā: ibi: Undecim aūt diſcipuli abierūt. Dicit ḡ: a ¶ Veſpe aūt ſabbati. Nota ꝙ poſtq̄ dn̄s fuit ſepultus ſabbatū erat: ⁊ iō nō potuerūt eū mulieres inūgere/ ſꝫ ſtellis incipientib⁹ apparere: q2 tūc licebat eis opari: ſicut ecōuerſo/ ſexta feria multis apparētib⁹ nō licebat eos cibos ampli⁹ pꝛepare. Stellis ḡ apparētib⁹ i ſabbato pꝛepauerūt ſe ⁊ vnguēta emerūt/ ſed q2 nox erat dimiſerūt vſq̄ in mane. Dicit ḡ: Veſpe aūt ſabbati q̄ luceſcit in pⁱma ſabbati.i. i parte noctis ſabbati.i. i initio ſiue pⁱma pte lucis dn̄ice. Vn̄ accipit hic veſpera nō pro pⁱma parte noctis ſed pro vltima. Prima aūt ſabbati ſm̄ hebꝛeos dr̄ dies dn̄ica.i. prima dies poſt ſabbatum: ⁊ ſecūda ſabbati ⁊ tertia ſabbati ⁊c̄. b ¶ Venit maria magdalene ⁊ altera maria videre ſepulchrū: Et ecce tremot⁹ fact⁹ ē magn⁹. Similit i crucifixione fact⁹ ē. e ¶ Angel⁹ eī dn̄i deſcēdit de celo et accedēs reuoluit lapidē. Ergo remouit eū a monumēto. Aug⁹. Qꝛ āgel⁹ aduenit/ obſeqū ſue ſuiturꝫ qđ dn̄o debebat impēdit. i ¶ Et ſedebat ſup eū. Ergo nō erat intus ſꝫ extra. Cōtrariū tn̄ ē i Marco. Rn̄ſio. Pōt dici ꝙ ibi erāt duo angeli: vn⁹ extra ⁊ ali⁹ intra. Vel pōt de eodē angelo intelligi: ſed matthe⁹ vocat hic monumētū ipſū ſepulchꝝ: et ſic patet ꝙ ſedebat extra: Marcus aūt vocat monumētū totam illā camerā in q̄ erat ſepulchꝝ/ ⁊ ſic ſedebat angel⁹ intra monumētū. Sepulchꝝ enī dn̄i erat factū ad modū camere ꝑ excisionē i petra. In h̄ aūt ꝙ ſedebat/ chꝛiſtū regnantē indicat. Sedere enī regnārꝫ ē. k ¶ Erat aūt aſpect⁹ ei⁹ ſic fulgur ⁊ veſtimēta ei⁹ ſicut nix/ cādida. In quo ſignificat ꝙ dn̄s in cōmuni reſurrectiōe terroꝛē incutiet reꝓbis/ ⁊ blā-
Pſ.24. dus erit electis. Vn̄ Pſ. Dulcis ⁊ rect⁹ dn̄s. Malach.iij.a. Quis poterit cogitare diē aduēt⁹ ei⁹: et q̄s ſtabit ad vidēdū eum: Ipſe enim quaſi ignis ɔflans: ⁊ quaſi herba fullonum.

¶ Pꝛe timore autē eius

Moraliter Moralit a ¶ Veſpe aūt ſabbati ⁊c̄. q̄n licebat pꝛimo opari.i. in iuuētute. Thꝛen.iij.d. Bonū eſt viro cū portauerit iugū dn̄i ab adoleſcētia ſua. Prouerb.xxij.a. Prouerbiū eſt: adoleſcēs iuxta viā ſuā ⁊c̄. b ¶ Venit maria magdalene ⁊ altera maria.i. pctōꝛ habēs dolorē pro cōmiſſis et omiſſis: vel pro irriguo duplici. c ¶ Videre ſepulchrū: id eſt religionē. De h̄ ſepulchꝛo dicit.iiij. Reg. xiij.d. Quidam ſepelientes hoīem/ viderūt latrūculos ⁊ proiecerūt in ſepulchꝝ heliſei: ⁊ ad tactū oſſiū ei⁹ ſuſcitat⁹ ē. Hō mortuus pctōꝛ: latrūculi demones: ſepulchꝝ vero heliſei.i. dei nr̄i ſaluatoris.i. chꝛiſti eſt clauſtrum. Oſſa chꝛiſti tangere/ eſt fortia opa imitari: vt ꝙ ieiunauit q̄draginta dieb⁹/ ꝙ paup fuit ⁊ huiuſmodi. Sꝫ q̄dā nolūt tāgere oſſa/ ſed carnē/ dicētes ꝯ abſtinentiā: dn̄s bn̄ comedebat/ q2 potatoꝛ vini dicebat. Alij tangūt veſtimēta dicētes: dn̄s habuit plures tunicas. Sꝫ videant ꝙ ſi legit habuiſſe plures veſtes niſi i paſſiōe ⁊ h̄ ad illuſionem. Tangat ergo peccatoꝛ oſſa ſi vult reſuſcitari. Et tūc ſtabit ſuper pedes ſuos: id eſt dn̄abitur affectib⁹ conculcās eos. De hoc ſepulchꝛo etiā dicit.iij. Reg. xiij.g. de abdo facto ꝓpheta: Cum mortuus fuero inq̄t: ſepelite me in ſepulchꝛo i quo vir dei ſepultus eſt. Sic aliqui quando mortui ſunt vel ꝑ infirmitatem vel per ſenectutē volunt intrare religionē. Sed nota ꝙ in hoc ſepulchꝛo multi ſuſcitant a phytoniſſa: vt dr̄ de ſamuele.j. Reg. xxviij.b. Phyton vētriloquus vel abyſſus: ⁊ ſignificat aliquos clauſtrales: qui largi ſunt in epulis: qui etiam habēt abyſſum pecunie: ꝑ que ſuſcitant in ꝓlationes. Quidam veniunt videre ſicut exploratores: quibus poteſt dici illud Geñ.xlij.c. qđ dixit ioſeph fratrib⁹ ſuis: Per ſalutē pharaonis exploratores eſtis. Alij aūt veniūt videre vt intrent. Et hi boni ſunt: de q̄bus hic dicitur. Joh.j.f. Magiſter vbi habitas: veni ⁊ vide. d ¶ Et ecce terremot⁹ fact⁹ ē magn⁹: angel⁹ eī dn̄i deſcendit de celo. Hoc ē poſtq̄ intrauit clauſtrū ⁊ videt quātitatem ſuorum peccatoꝝ ⁊ penarum quas meruerat ꝓ illis: tūc mouetur coꝛ eius: ⁊ hoc q2 angelus dn̄i.i. gratia deſcendit d̄ celo. Jaco.j.c. Omne datum optimū ⁊ omne donū perfectum deſurſum eſt ⁊c̄. Et hoc ē qđ dicit Pſ. A facie dn̄i mota eſt terra. Exo.xix.c. Totus mons: id eſt coꝛ hominis pri⁹ elatū per ſuperbiā / cepit fumigare: id eſt reſolui in compunctionem ⁊ lachꝛymas. Pſ. Tange montes ⁊ fumigabunt. Joh.v.a. Angelus dn̄i deſcendebat in piſcinam ⁊ mouebat aqua. g ¶ Et accedēs reuoluit lapidem: id eſt duritiā clauſtri vt poſſit eam ſuſtinere. Hoc facit gratia. Job.xxviij.a. Lapidem caliginis: id eſt duritiam clauſtri ⁊ vmbrā mortꝫ: quia temptatis de auſteritate clauſtri videtur ꝙ clauſtrum ſit quaſi mors: diuidit torrens: id eſt gratia a populo peregrinante: id eſt a clauſtralib⁹ qui non reputāt ſe habere hic mauentē ciuitatem in gratia inebꝛiat: vt non ſentiāt aliquam duritiam in clauſtro. Pſ. Inebꝛiabunt ab vbertate dom⁹ tue. i ¶ Et ſedebat ſuper eum. Laſſus ſedet ⁊ quieſcit: ſic gratia facit hominē ſedere ⁊ quieſcere in duritia clauſtri. Job.vj.b. Que prius nolebat tangere anima mea: nunc pꝛe anguſtia cibi mei ſunt. k ¶ Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur ⁊ veſtimēta ei⁹ ſic nix/ cādida. Tāgit duplicē effectum gratie: quia mundat: qđ notat cū dicit: veſtimēta ei⁹ ⁊c̄. Itē accēdit: ⁊ inflāmat. Unde dicit: Erat aſpect⁹ ei⁹ ſic fugur. Hic eſt ſpūs duplex heliſei quem petijt fieri in ſe.iiij. Reg.ij.b. Si abluerit dn̄s ſordes filiaꝝ ſiō/ ⁊ ſāguinē hierſm lauerit d̄ medio ei⁹/ ecce mūdicia: i ſpū iudicij ⁊ ſpiritu ardoꝛis/ ecce iflāmatio: Eſa.iiij.b. Alit. e ¶ Angel⁹ eī dn̄i deſcēdit de celo. Angel⁹ pdicatoꝛ: q̄ debet deſcēdere ꝑ cōpaſſionē ⁊ coꝛpoꝛalem viſitationem ad peccatores q̄ ſūt in mundo. f ¶ De celo: id eſt de altitudine contemplationis ⁊ ſancte ɔuerſationis. g ¶ Et accedens/ ad monumētum: id eſt peccatores per manſuetudinē ⁊ affabilitatē. Eccꝫ.iiij.a. Congregationi pauperum affabilem te facito h ¶ Reuoluit lapidem: id eſt velamen ſcripture ⁊ duritiam a coꝛdibus peccatorum per conſolationem ⁊ remiſſionem venie ⁊ glorie. Deinde ſedere ſuper lapidem: id eſt cum peccatorib⁹ morā facere quouſq̄ plenius infoꝛment in bono. k ¶ Erat autē aſpectus eius ſicut fulgur: ⁊ veſtimenta eius ſicut nix. Debet enim pꝛedicatoꝛ luminoſitate ſcientie eſſe coruſcans: ⁊ ardoꝛe celi flammeus: puritate autem conuerſationis niueus. Item fulgoꝛ fulget/ vrit/ findit/ et fetet: Sic pꝛedicatoꝛ debet eſſe fulgens/ vrens/ findens/ ⁊ fetens. De doctrina fulgeat/ exēplo vrat/ diſcretiōe findat/ ſibi fetcat memoria peccatoꝝ. Debet etiam habere veſtitū niueū.i. candidū per innocentiam: frigidū per ɔtinētiā. Et tūc fiet qđ ſequitur:

✱ Pꝛe timore autem eius

Marginal references (right column): Pſ.113. (beside "A facie dn̄i mota eſt terra"); Pſ.143. (beside "Tange montes ⁊ fumigabunt"); Pſ.35. (beside "Inebꝛiabunt ab vbertate dom⁹ tue").

ꝟ a Pre timore aūt eiꝰ exterriti sūt custodes ⁊ facti sūt velut mortui. Ecce ꝙ terribilis malis. b Rūdens aūt angelꝰ dixit mulieribꝰ: nolite timere vos/ discretiue. q.d. vos estote secure nō custodes. d Scio eni ꝙ iesū qui crucifixꝰ ē q̄rit: nō est hic/ per ꝑsentiam carnis. f Surrexit enim sicut dixit. Hieroꝰ dicit: ꝙ media nocte resurrexit. Qḋ ꝓbat duabꝰ rōnibꝰ. Una est: qꝛ resurrectio significata ē Judic. xvj.a. ꝑ sansonē: q̄ tulit media nocte portas gaze/ q̄ munita interpraꝫ. i. corpus christi/ qḋ fuit castꝝ munitū ꝯtra diabolū: in supcilio mōtis portauit. i. in gloria resurrectiōis. Hoc etiā ꝓbat ex institutiōe aploꝝ: q̄ istituerūt in p̄mitiua ecclesia missam decantandam in pascha media nocte/ in signū resurrectionis dn̄i: vn̄ et nos in scō sabbato pasche ī missa q̄ tarde cantaꝫ facimꝰ memoriā ꝺ illa nocte: ⁊ ī b̄ndictiōe cerei. Augꝰ aūt dic̄ ꝙ surrexit diluculo. Qḋ ꝓbat: qꝛ q̄dragita horis fuit ī sepulchro: in die parasceue ꝑ q̄ttuor horas ⁊ tota nocte sequēti ⁊ die: ecce viginti octo hore: ⁊ tota nocte sabbati ꝑ duodecim horas: q̄ cū predictis faciūt q̄draginta. Ps. Exurge gloria mea exurgā diluculo. g Uenite ⁊ videte locū vbi positꝰ erat dn̄s.

rci.16.b. c.24.a. B rci.16.b. c.24.a.

a Pre timōre aūt eius exterriti
sūt custodes: ⁊ facti sūt velut
b mortui. Respondēs aūt ange
c lus dixit mulieribꝰ: Nolite ti-
d mere vos. Sciō eni ꝙ iesum
e q̄ crucifixꝰ ē querit: Nōn ē h:
f g Surrexit eni/ sic dixit. Ueni-
h i te ⁊ videte locū vbi positꝰ erat
k dn̄s. Et citō eūtes dicite dis-
cipulis eiꝰ qꝛ surrexit: ⁊ ecce
l p̄cedet vos ī galileā: Ibi eū
videbit/ ecce p̄dixi vob. Et
m n exierūt cito de monumēto cū
o p timōre ⁊ gaudio magno cur-
rentes nūciare discipulis eiꝰ.
q Et ecce iesus occurrit illis/ di
r cēns: Auete. Ille aūt accesse-
s t rūt ⁊ tenuerūt pedes eiꝰ ⁊ ad-
v orauerūt eū. Tūc ait illis ie-
x sus: Nolite timere. Ite nūcia
y te fratribꝰ meis vt eāt ī galile-
z a am: ibi me videbūt. Que cū
abijssēt: ecce q̄dā ꝺ custodibꝰ
venerūt ī ciuitatē ⁊ nūciauerūt
p̄ncipibꝰ sacerdotū oīa q̄ fac-
b ta fuerāt. Et ꝯgregati cū senio
ribꝰ ꝯsilio accepto pecuniā co
piosā dederūt militibꝰ dicētes
:

Ps.56.

De resurrectiōe dn̄i h̄ aduertendū est/ ꝙ nec visa ē nec scita nisi ex post facto testimonio angeloꝝ vacuitate monumēti in signis lintheaminū: taudē ipsiꝰ dn̄i testimonio ꝯfirmata: miraculis ꝓ tribꝰ glorificata. Primū fuit ꝙ clauso monumēto et itegro signaculo exiuit. Secūdū terrifica angeloꝝ apparitio. Tertiū terremotꝰ. k Et cito eūtes dicite dicipulis eiꝰ qꝛ surrexit: ⁊ ecce p̄cedet vos ī galileā: ibi eū videbit ⁊c. In monte thabor eū viderūt q̄ est ī galilea.

aliter * a Pre timore aūt eiꝰ exteriti sūt custodes ⁊c. Milites custodes pilati sūt p̄ncipes ⁊ tyrāni. Oēs eni ad aduētū boni p̄dicatoris terrenꝫ/ ⁊ sūt velut mortui. Roma. xiij.a. Uis nō timere ptātē: Bonū fac ⁊c. b Respondēs aūt angelus dixit mulieribꝰ. i. penitentibus. c Nolite timere vos. Luc. xij.d. Nolite timere pusillus grex. d Scio eni ꝙ iesū qui crucifixꝰ ē querit. Crucifixū querit: q̄ ꝑ penitentiā iesum q̄rit/ nō purpuratū/ vt q̄dam. Contra quos Bern. Nimis delicatus ē miles q̄ vult gaudere cū mūdo et regnare cū christo. Sic etiā dicunt p̄dicatores vl' claustrales volentibꝰ intrare claustrū: Scio qꝛ vos crucifixum queritis. Augꝰ in libro. iiij. de symbolo. Si amaꝫ vita: q̄re nō queriꝫ vera: Queriꝫ a q̄busdā/ sed nō inueniꝫ: qꝛ vbi nō ē queritur. Osee. v.b. In gregibꝰ suis ⁊ in armētis suis vadent ad querendū dn̄m/ ⁊ nō inuenient. Quid mirum: Nō est ipse custos porcoꝝ vel boū. j. Cor. ix.b. Nunq̄d de bobꝰ cura est deo: Lucas. xxiiij.a. dic̄: Quid q̄ritis viuētē cū mortuis: i. vitā in loco mortis. s. ī sepulchro: Qḋ pōt referri ad illos q̄ in claustro qḋ ē monumētū vel locꝰ mortuoꝝ/ delitias mūdi q̄rūt. Hoc eni in claustro q̄rere ē vitā in morte querere. e Non est hic: surrexit eni sicut dixit. Hoc veraciꝫ de multis claustralibꝰ pōt dici/ ꝙ surrexit dn̄s ⁊ abijt ⁊ nō ē ibi: tn̄ locꝰ et habitꝰ eiꝰ ē ibi. Et h̄ est ꝙ sequiꝫ: g Uenite/ operādo.
Ps.118. h Et videte/ itelligēdo. Ps. A mādatis tuis itellexi. Et
Ps.111. alibi. Intellectꝰ bonꝰ oībꝰ faciētibus eū. Ul' g Uenite/ credēdo. h Et videte/ intelligēdo. Esa. vij.b. Nisi credideritis: non intelligetis: i Locū vbi positꝰ erat dn̄s. Johānes. xx.b. dicit: corpꝰ aūt iesu nō inuenerūt: ſ tn̄ sudarium ⁊ lintheamina q̄ erāt signa ꝙ ibi fuerat. Sic ē in multis claustralibꝰ/ sudariū ⁊ lintheamina. i. habitū monachalē/ qui est sudariū monachoꝝ: qꝛ in eo sepeliunꝫ: ⁊ claustꝝ. i. locū ipsum q̄lēcūqꝫ posses repire: sed iesū nō repies: qꝛ surrexit nō ē hic. j. Reg. xix.c. Porro dauid abijt ⁊ aufugit ⁊ saluatꝰ ē: tulit autē michol statuā ⁊ posuit eā sup lectū ⁊ pellē pilosam caprarū ad caput eiꝰ et operuit eam vestimentis: cūqꝫ venissent nūcij saul: inuētū est simulacrū sup lectū ⁊ pelles caprarū. k Et cito eūtes dicite discipulis eiꝰ/ qꝛ surrexit: ⁊ ecce p̄cedet vos ī galileā. i. in reuelationē p̄nie vel eterne glorie. Talis enim debet esse finis p̄dicatiōis. l Ibi eū videbit sicut p̄dixit vobis. Ibi eni dn̄s reuelabiꝫ. j. Cor. xiij.d. Uidemus nunc ꝑ speculū ī enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Esa. lx.a. Tūc videbis ⁊ afflues ⁊ mirabiꝫ ⁊ dilatabiꝫ cor tuū. Similꝫ videꝫ ī mōte thabor ī p̄nia. m Et exierūt cito de monumēto. s. maria magdalene ⁊ altera maria: Sic claustrales n̄ debēt eē ꝓmpti ad exeūdū de claustro qḋ ē monumētū: ſ ad vocē q̄reuꝫ p̄lati debent exire. Cant. v.a. Uox dilecti mei pulsantis ⁊c. n Cū timore: ne eleueꝫ q̄n exhibeꝫ ei honor. o Et gaudio: ne dep̄maꝫ ꝑ ꝯtēptū. Machabei p̄liabanꝫ p̄lia dn̄i cū leticia. Ecce due mole/ timor ⁊ gaudiū: de q̄bꝰ Deut. xxiiij.b. Ps. Seruite dn̄o in timore: et exultate ei cū tremore. p Ps.2.
Currētes nūciare discipulꝫ: q̄ pigros significāt q̄ torpēt parisꝰ. Prouer. vj.b. Usqꝫ q̄ piger dormies. Prouer. xxiiij.b. Erue eos q̄ ducunꝫ ad mortē: ⁊ eos q̄ trahūꝫ ad iteritū liberare nō cesses. Si dixeris vires nō suppetūt: q̄ inspector ē cordis ipse intelligit/ ⁊ saluatorem aīe tue nihil fallit. q Et ecce iesus occurrit illꝫ. Occurrētes mutuo se vidēt. Esa. lxiiij.b. Occurristi letāti ⁊ faciēti iusticiā. Facile pōt currere cū q̄ via currit ⁊ cui illa occurrit. Amos. vj.d. Nunq̄d currere queūt ī petris eq̄: r Dicēs: auete. Sic booz ait messoribꝰ. i. p̄dicatoribꝰ q̄ colligunt frumētū dn̄i. i. aīas sanctas. s Et tenuerūt pedes eiꝰ: In q̄ notaꝫ esse verꝰ homo. t Et adorauerūt eū. In q̄ ostēdiꝫ esse verꝰ deꝰ. Deut. iiij.b. Dn̄m deū tuū adorabis ⁊c. Moraliꝫ. Pedes dn̄i sūt p̄dicatores. Deut. xxxiij.a. Qui appropinquāt pedibꝰ eiꝰ accipient de doctrina eiꝰ. Chrys. Ueller aliquis vꝫm esse ſm illas mulieres/ potest nunc nō solū pedes tenere: ſ ⁊ manus ⁊ pedes. v Tūc ait illꝫ iesus: nolite timere. Prouer. vlt. d. Lex clemētie ī ore eiꝰ. x Ite nūciate fribꝰ meis: De q̄bꝰ Ps. Narrabo nomē tuū fribꝰ meis. y Ut eāt ī galileā/ q̄ interpraꝫ trāsmigratio. s. vt trāseāt de vitijs ad ꝟtutes. Galilea q̄ ē p̄nia. z Ibi me videbūt. Hoc ē ꝙ dn̄s videꝫ ī rubo ardēte. i. ī p̄nia. Exo. iij.a. a Que cū abijssēt: ecce q̄dā de custodibꝰ ⁊c. Custodes/ boni p̄lati: q̄ vidētes scītatē claustri nūciāt ī ciuitatē mūdi: vt ꝑ exēplū suū reuocenꝫ ab īmūdicijs suis. De hac ciuitate Nau. iij.a. Ue ciuitas sāguinū/ vniuersa mēdacij dilaceratiōe plena. Sꝫ nota ꝙ nūciauerūt p̄ncipibꝰ sacerdotū/ nō turb. Si eni nūciassēt turbis/ nō diuertissēt eos a veritate/ ⁊ ipsi māsissent ī bono. Un̄ in p̄ncipio nō est p̄dicādū magnatibꝰ ſ minoribꝰ. Ps. In salicibꝰ ī medio eiꝰ suspēdimꝰ organa nr̄a. Salices ꝑ supbiam erecti sūt: qꝛ habēt humorē tpaliū ⁊ infructuositatē bonorū operū: q̄ sūt ī fluxu delitiarū. b Et ꝯgregati cū senioribꝰ ꝯsilio accepto/ pecuniā copiosā dederūt militibus dicentes. Supra emerunt veritatem ad p̄dēdum: modo redimūt falsitatē ad perdēdū: Nec diciꝫ pro quanto.

C Moraliter Ps.21. Ps.136.

Dicite qꝛ discipuli

B a Dicite q̄z diſcipuli ei⁹ nocte venerūt ⁊ furati ſūt eū nobis dormiētib⁹. Si vellēt furari/ nōdū cuſtodito ſepulchro h̄ feciſſet i p̄ma nocte: q̄z tūc nulluſ affuit ſepulchro. Quid aūt volūt ſudaria myrrhe affixa: non ſolū iniuriā feciſſent ei nudātes corpus: ſed ⁊ p̄iculo ſe imiſiſſent tardātes: q̄z gluten tenax ē myrrha. Chryſ. Nec formā mēdacij habebat qḋ dicebāt: q̄liť furarent hoies pauperes ⁊ idiote nec appropīq̄re audēteſ: Chryſ. Ad min⁹ cōfortenť q̄ nō erat ibi corpus. Moraliť per incuriā p̄latorū multotiens furať diabolus aīas ſubditor. Eſa. lvj. d. Dormiētes ⁊ amātes ſomnia. iij. Reg. iij. c. Mortu⁹ ē fili⁹ mulieris hui⁹ nocte: dormiēs q̄ppe oppſſit eū.

B

Moraliter

a Dicite q̄z diſcipuli ei⁹ nocte venerūt: ⁊ furati ſūt eū nobis
b dormiētib⁹. Et ſi h̄ auditū fuerit a p̄ſide/ nos ſuadebim⁹ ei:
c et ſecuros vos faciem⁹. At il
d li accepta pecunia/ fecerūt ſicˉ
e erāt edocti. Et diuulgatū eſt verbū iſtud apḋ iudeos vſq̄
f in hodiernū diem. Undecim
g aūt diſcipuli abierūt i galileā in montē vbi ꝯſtituerat illiſ ie
h ſus. Et videtes eū adorauerūt:

Nota aūt q̄ dn̄m aliq̄ furanť: alij emūt: alij rapiūt violētia: alijs gratis datur. Furať dn̄m qui occultam pn̄iam agit ſub habitu ſeculari et pulchritudine veſtiū. De hoc furto. iiij. Reg. xj. a. Tollens autem ioſaba ioas/ furatus eſt eum. Joas/ memoria domini interp̄tať: hic ē chriſt⁹ q̄ infixit in cordibus nr̄is memoriam dei p̄ris. Joſaba/ ſecuritaſ: ⁊ ſiḡt paupertatē/ q̄ ē penitēs fili⁹ dei p̄ris. Illud p̄cioſiſſimū furtū emūt q̄ apte penitent. Eſa. lv. a. Uenite emite abſq̄ argēto vinū ⁊ lac. i. chriſtum ⁊ regnū celorū: abſq̄ vlla cōmutatiōe: q̄z incōpabile ē premium glorie p̄cio pn̄ie. Violenť rapiut/ q̄ ineſtimabiles faciūt penitentias. Hi ſignificanť p iacob q̄ luctat⁹ ē cū angelo ⁊ noluit eū dimittere anteq̄ habuiſſet bn̄dictionē: Gen. xxxij. f. S. xj. b. A dieb⁹ iohānis baptiſte regnū celorū vim patiť ⁊ violēti rapiūt illud. Dať puſillis gratis: q̄ moriunť poſt baptiſmum qui nunq̄ aliq̄d meruerūt. Luc. xij. d. Nolite timere puſillus grex: cōplacuit eni p̄ri v̄ro dare vobis regnū. b Et ſi hoc auditū fuerit a p̄ſide ſuadebim⁹ ei: ne q̄cq̄ a vob exigat. c Et ſecuros vos faciem⁹: q̄z eritis abſq̄ periculo. d At illi accepta pecunia fecerūt ſicˉ erant edocti. Chryſ. Nō mireris ſi pecunie milites ſup̄auerūt q̄ apud diſcipulū tantā oſtēderūt feritatē. Eccs. x. d. Pecunie

Moraliter obediūt oia. Eccl. x. b. Nihil iniquius q̄ amare pecuniā. Moraliť: Sicut dona fecerūt illos cuſtodes a veritate obmuteſcere: ſic pluries de p̄dicatorib⁹ accidit. Qḋ ſiḡtū ē Daniel. vlt. c. q̄ daniel poſuit adipē ⁊ pilos in ore draconis: ⁊ ſic eū occidit. Os dracōis/ os p̄dicatoriſ: q̄ flatu ſuo debet oēs accēdere. In ore cui⁹ aliq̄n poniť adeps. i. poſſeſſionū dilatatio. Pili q̄ renaſcunť ſunt reddit⁹ annui/ ⁊ ſic mut⁹ fit a p̄dicatione. Pix tenax ē pecunia: q̄ adheret ſup oia. Tales nō poſſūt ſonare ſicut nec chorde vncte. e Et diuulgatū eſt verbū iſtud apud iudeos vſq̄ i hodiernū diē. Adhuc modo dicūt iudei q̄ diſcipuli furati ſint dn̄m/ ⁊ dixerūt eū reſurrexiſſe a mortuis. Hiere. viij. b. Apprehēderūt mēdaciū et noluerūt reuerti. f Undecim aūt diſcipuli abierūt de hieruſalē. g In galileā in montē vbi ꝯſtituerat illis ieſus: ⁊ videntes eum/ viuū: adorauerūt. Eccl.

Moraliter xxxv. c. Qui adorat deū in oblectatiōe ſuſcipieť. Moraliť. f Undecim autē diſcipuli ⁊c̄. Undenari⁹ numerus eſt trāſgreſſiōis ⁊ imp̄fectiōis. Trāſgreſſiōis: q̄z denariū tranſit. Imp̄fectiōis: q̄z ad duodenariū numerū nō p̄uenit. Per qḋ duo notanť. ſ. cōmiſſio ⁊ omiſſio: q̄ ſūt i diſcipulis dn̄i. i. i p̄latis ⁊ doctorib⁹. j. Eſdre. viij. a. Man⁹ p̄ncipū ⁊ ingratuū in hac trāſgreſſiōe p̄ma fuit. Et tn̄ ipſi laborāt vt videāt chriſtū i monte cū nōdū abierint in galileā. i. i trāſmigrationē: iō non vidēt eū glorioſū/ ſed ſicut egyptij paruulū ⁊ p̄fugū. S. ij. c. Clauſtrales iam in galilea trāſmigrauerūt de mūdo nō amplius redituri: Aſcendāt igitur in montē ꝯtemplatiōis ⁊ videbūt dn̄m glorioſū. i Quidā aūt dubitauerūt: putātes eū eē ſpiritū quē videbāt: vt dicit Lucas. xxiiij. f. Uel ſic alij putabant phantaſma eſſe/ q̄z ambulabat ſup aq̄s. S. xiiij. c. Nota autem q̄ eſt dubitatio tarditatiſ: ſic thomas dubitauit. Joh. xx. f. Thomas q̄ dr̄ didym⁹. Itē admiratiōis: ſic omnes. Luc. vlt. f. Illis aūt nō credētib⁹ et admirātib⁹ p̄ gaudio. Itē ratiocinationis: ſic maria/ Luce. j. d. Quomodo fi et iſtud/ q̄m virū nō cognoſco. Itē erroris: ſic iudei. Joh. x. c. Si tu es chriſtus dic nobis palā. Itē pietatiſ: ſic iohannes baptiſta. S. xj. a. Tu es qui venturus es an aliū expectam⁹. k Et accedēs ieſus ⁊c̄. Nō ſolum corpaliť ſ; magiſ ſpiritualiť. Gen. xxvij. d. Accede ad me et da mihi oſculū. Jaco. iiij. b. Appropinq̄te deo ⁊ appropinq̄bit vob. l Locut⁹ ē eis dicēs: data ē mihi oīs p̄tās ⁊c̄. Joh. xvj. c. Oia q̄cūq̄ habet p̄r mea ſt. S. xj. d. Oia mihi tradita ſūt a p̄re meo. Quare nō dic̄ oīs ſapia vl̄ charitas: Nūq̄d melior ē p̄tās q̄ charitas: Nō: Sed de illa magiſ dubitāt. Sap. xij. c. Subeſt tibi cū voluerſ poſſe. m In celo ⁊ i terra ⁊c̄. Chryſ. Cur n̄ dic̄/ et i iferno: Quia planū erat. Phil. ij. b. Ut i noīe ieſu oē genu flectať ⁊c̄. Apoc. j. d. Qui habet claues mortiſ ⁊ iferni n Euntes ḡ docete oēs gētes. Reuocat h̄ qḋ. S. x. a. p̄cepat: In viā gētiū ne abieritiſ. Dic ḡ: Euntes ḡ docete: Contra ignaros q̄ officiū p̄dicatiōis aſſumūt. Quid docebūt: Nō cōputare in annos: ſ; o Oēs gētes: ꝯ acceptores pſonarū. p Baptiʒātes eos i noīe p̄ris ⁊c̄. Hic dať forma baptiʒādi. q Docentes eos ſ̄uare oia q̄cūq̄ mādaui vob. Oia dic̄: fidē/ ſpē ⁊ charitatē. Joh. xiiij. c. Qui h̄z mādata mea ⁊ ſ̄uat ea: ille ē q̄ me diligit. Leuit. xviij. a. Faciet̄ iudicia mea ⁊ p̄cepta ſ̄uabitis. r Et ecce ego vobiſcū ſū oīb⁹ dieb⁹. Chryſ. Q̄z magna iniūxerat/ ꝯfortās ait: Et ecce ego vobiſcū ſū. Eſa. vij. c. Ecce v̄go ꝯcipiet ⁊ pariet ⁊c̄. Prouer. viij. d. Delitie mee ſt eē cū filijs hoīʒ. Chryſ. Moyſi dic̄ dn̄s: Ego ero tecū: Exo. iij. c. Et hieremie: Ego ſū tecū: Hiere. j. b. Ezech. ſimiliť. ij. c. Illi ad vnā gētē miſſi ſūt: ⁊ tn̄ multotieſ recuſabāt: nihil tale loquūť trāſmiſſi i orbē terrarū. Nōne vna tunica induti ⁊ calciati circūeūt ⁊ oēs ſup̄ati ſūt: s Uſq̄ ad ꝯſumationē ſeculi. Nō dic̄: vſq̄ ad finē vite: ſ; vſq̄ ad ꝯſūmationē ſeculi: i q̄ oēs ſeq̄ceſ eorū ꝯnumerat. Chryſ. Rememorat eis ꝯſūmationē: ne p̄ſentia ſolū inſpiciāt q̄ ſimul cū p̄ſenti vita diſſoluenť/ ſiue triſtia ſiue iocūda: ſ; futura bona ſine falſa mēſura. Non meminit iudeorū: nō improꝑauit petro negationē/ nec ceteriſ. Leuit. xix. d. Nō memor eriſ iiurie ciuiū tuorū. Gen. vlt. c. P̄r tuus anteq̄ moreret̄ p̄cepit nobiſ vt hec tibi verba illi⁹ diceremus: Obſecro vt obliuiſcariſ ſcelerū fratrum tuorum ⁊ peccati atq̄ malicie quā exercuerūt in te.

Dubitatio multiplex.

i
k Quidā aūt dubitauerūt. Et accedēs ieſus locut⁹ ē eis dicens:
m Data ē mihi oīs p̄tās i celo ⁊
n
o i terra. Eūtes ḡ docete oēs
p gētes baptiʒātes eos in noīe
q p̄ris et filij et ſpūſſcti: docētes eos ſeruare oia queq̄cūq̄ mā
r daui vobis. Et ecce ego vo
s biſcū ſū oīb⁹ dieb⁹ vſq̄ ad cōſūmationem ſeculi.

Explicit euangelium ſ̄m Mattheum.

Decē chriſti appariti ones.

- Prima marie magdalene: Joh. xx. c.
- Secunda eidem cum alia. h. vlt. b.
- Tertia petro: Luc. vlt. (Luc. vlt. e.
- Quarta duobus diſcipulis euntib⁹ in emaus:
- Quinta ipſis reuerſis in hierl̄m. Luc. vlt. f. et decē ap̄lis abſente thoma: Joh. xx. c. He q̄nq̄ apparitiōes fuerūt in die reſurrectiōis.
- Sexta poſt octo dies in hieruſalē omnib⁹ apoſtolis p̄ſente thoma: Joh. xx. f.
- Septima ad mare tyberiadis: Joh. xxj. b.
- Octaua omnibus vndecim in galilea. h. vlt. d
- Nona i cenaculo ipſis cenātib⁹: Marc. vlt. c
- Decima in monte oliueti: Act. j. a.

Explicit Poſtilla dn̄i Hugonis Cardinalis ſup Mattheū.